ladi fuiſſe perpetuæ uirginitatis ſeruan
dæ propoſitum, quare nec Vulcanus
eam corrumpere potuit. Sicut apud
Ouidium mutationum libro tertio ha-
bemus, & Seneca in Hippolyto dixit
Agreſte placa numen Virginis deæ.
Vnde etiam quinta luna, Quemadmo-
dum & reliquos ſteriles natam dicunt.
Quocirca per patronam uirginem hoc
loco palladem poetarum patronam in- Pallas quinta luna nata
telligere uoluit Catullus. Nam cum he-
roici poetæ Apollinem, Elegiaci bac-
chum inuocare ſoleant, Catullus qui
& heroicos & elegos & lyricos ſcri-
pſit, non Apollinem, non bacchum. Sed

mineruam ingeniorum & carminum deam inuocauit, ꝙ autem Pallas urbium patrona dicta fuerit, Eo ꝙ in arce templa ueteres illi ſacrarint, hoc nihil ad catullianum propoſitum ſpectare arbitror. Poſteaꝗ̃ enim librum Cornelio dedicauit ſermonem ſuum ad palladem apoſtrophat, quam rogat ut liber ipſe qualiſcunq; ſit perenniter plus uno ſeculo duret, quia ſic bonus poeta exiſtimabitur, cum malorum poetarum carmina non diu legantur. ¶ Qualecunq; maneat Perenne. i. perpetuum, & durabile. ¶ Plus uno ſeculo, in æternum legatur.

Epigramma. II. expoſitio.

## Ad paſſerem leſbiæ.

## EPIGRAM. II.

Paſſer delitiæ meæ puellæ
Qui cum ludere, quem in ſinu tenere,
Cui primum digitum dare appetenti,
Et acreis ſolet incitare morſus,

PAſſer delitiæ meæ puellæ. excluſus fortaſſis ab amica, uel aliquo caſu ut amatoribus accidere ſolet Leſbiæ conſuetudine priuatus poeta, & hinc quadã animi triſtitia uexatus, Paſſerẽ alloquitur, qui in delitiis erat apud leſbiam, eiuſq; fœlicitatem optat, Id ſibi tam gratum futurum dicens ꝗ̃ Attalãtæ puellæ malum aureum olim fuiſſe cõmemorant. Hoc autem eſt epigramma de quo Martialis lib. iiii. ad Silium poetam ſcribens intellexit, Sic forſan tener auſus eſt Catullus magno mittere paſſerem maroni. nec his aſſentior qui exiſtimarunt totum catullianum opus paſſerem appellatum fuiſſe, quemadmodum nec his qui dixerũt paſſerẽ iſtum occultiorem, & obſcuriorem quendam habere intellectum, nec hoc ut credam mihi perſuadent Martialis uerſiculi qui lib. xi. ad dindimum de Saturnalibus habẽtur, Da nunc baſia. Sed catulliana, quæ ſi tot fuerint quot ille dixit, Donabo tibi paſſerem catulli. Pollicetur naq; puero ſuo ſi multa dederit oſcula, ſe tale carmẽ in eius gratiam ſcripturum, quale catullus de paſſere leſbiæ, & ꝗ poeta de carminibus non dere obſcena intelligere uoluerit, eius uerba indicant in eodem epigrãmate paulo ante poſita, poſſum nil ego ſobrius bibenti. Succurrunt mihi undeci poetæ, & cum in ſequenti epigrãmate paſſerẽ mortuũ defleat, id minime ad obſcœnitatem deducẽdũ uidetur, huius uero epigrãmatis ſicuti, & præcedẽtis & ſubſequentis uerſus eſt endecaſyllabus, cuius talis eſt ordo, o paſſer delitiæ meæ puellæ poſſem ſecum ludere ſicut ipſe, & triſtis animi leuare curas et hoc tam gratum foret mihi ꝗ̃ ferũt malum aureolum fuiſſe gratum puellæ pernici Atalantæ quod ſoluit zonam diu ligatam. Paſſer dico qui cum. i. cum quo ipſa mea puella ſolet ludere & in ſinu tenere & appetenti dare primum digitum, cum. i. quando libet deſiderio meo nitenti iocari neſcio quid. ut. i. tanꝗ̃ ſolatiolum ſui doloris, ut tunc grauis ardor acquieſcat. ¶ Primum digitum, uel longiorem digitum manus cum quo ſolemus auem irritare ad morſum, ſicuti ſæpe damus digitos mordendos auiculis nobis cariſſimis uel primorem partem digiti quod magis Probo ſicut dicimus primis



primis digitis incedere. ¶ Appetenti, cibum deſideranti.

¶ CVM deſiderio meo nitenti libet inquit incitare morſum cum libet ei neſcio quid carum iocari, & ſolatiolum ſui doloris, ut. i. tanꝗ̃ ſolatiolum, uel ſi legerimus, et, expoſitiuum erit ꝑ ideſt. ¶ Deſiderio meo, caſus datiui leſbiæ amicæ meæ ſic. n. appellat deſyderium amicã, ſicut & Cicero Terẽtiam uxorem ad quam ſcribẽs inqt, habe mea lux meum deſideriũ. ¶ Nitẽti ſplẽdidæ ornatæ, ſi aũt legerimus deſiderio mei, ordo erit, Cum libet nitẽti. ſ. puellæ ipſi iocari neſcio ꝗd carum ſolatiolum ſui doloris, deſiderio mei. i. cum me abſentem deſiderat. Sic enim paſſiue hoc dicitur. Deſiderio mei quod alii de me habent, unde uſitate minus dicitur mei inſtitutum, & hinc patet error. Cuiuſdam uiri alioquin eruditi qui dixit, non enim fuit mei iſtitutum cum laruis luctari in excuſatione cuiuſdam operis, in quo notauit Guarinum auum meũ & imperitos qui dicunt ſororium ſubſtantiue reperiri cum nuſꝗ̃ tamẽ hoc dixerit Guarinus. Nam uerba illa in carminibus ꝙ de differẽtiis inſcribuntur. Sic intelligenda ſunt, ille ſororius eſt. i. uir ille ſororius dicitur cuicũꝗ̃ ſoror nupſerit. Sed eundem inter idoctos annumerãdum innuit, quia ſe Guarinum, & nõ Varinum appellauerit, ea uidelicet ductus ratione ꝙ cõſtat apud latinos nõ reperiri dictionẽ a g incipiẽtem, ſequẽte u & alia uocali, unde nec Guidonẽ nec Gualfredũ nec Guielmũ. Sed Vidonẽ, Valfredum Vielmum quidam dicẽdos cõtendunt, et ꝗ̃uis ſi Guarinum, & nomina iſta nõ latina ſed barbara eſſe dixerimus, quid reſpõdere poſſint nõ uideo, ꝑſertim cum nõ impediat hoiem latinum noie barbaro appellari poſſe. Tamẽ quoniam. Ea mihi ſemper mens, is animus. Id fuit cõſilium, ut ꝗbuſcunꝗ; rebus poſſem ſtudioſis hoibus & litterarum ꝓfeſſoribus gratum me ſemper, & cõmodum exhiberẽ. Idcirco nunc quoq; huic neoterico ſcriptori morem gererẽ, ut me Alexãdrum Varinũ, Varini ex Baptiſta filio nepotẽ appellarẽ, niſi rem iſtã quã ipſe pro nihilo putat mihi magno detrimẽto futurã cognoſcerem, uideo naq; tẽporibus noſtris nimia, atq; utinã nõ deteſtabili iuris peritorũ igenii ſubtilitate, & moroſa curioſitate rẽ deductã, ut uel unius litteræ, ne dũ ſyllabæ inuerſione patrimoniũ multis ut ita dicam ſæculis poſſeſſa dominis eripiãt. Cũq; penes me ſint antiqſſimæ tabulæ bonorũ quæ maiores mei in agro ueronẽſi ab hinc tercẽtũ uel eo amplius fere annis poſſederũt. Cũq; tabulas habeã eoꝝ bonoꝝ quæ pricipũ atteſtinorũ beneficio quæ illorũ ſemper fuit liberalitas & in ferrarieſi, et Rhodigiẽſi agro Baptiſta, tã natura ꝗ̃ docẽdi iure mihi parẽs cõſequtus fuit. Cũq; in dies nouæ mihi exoriãtur de nõ ſeruatis, quæ per priuilegia ampliſſima cõceſſæ fuerũt tã nobis ꝗ̃ colonis noſtris immunitatibꝰ cõtẽtiones. In quibus cibus nõ Varini ſed Guarini dictio expſſe noiatur. Ne fortaſſis aliꝗ̃ mihi fraus ex nois mutatione inectatur & ſic bonorũ amittẽdorũ periculũ ſubeã, malo me Guarinũ ꝗ̃uis indocte, licet tamen doctius, cum patrimonii poſſeſſione, ꝗ̃ Varinum docte, licet, idoctius cũ bonorum amiſſ

Cum deſiderio meo nitenti,
Carum neſcio quid libet iocari,
Vt ſolatiolum ſui doloris.

Et ꝑ. i

Deſiderio mei paſſiue dicitur.

Sororius carmina Guarini de differentiis

Guarinus recto dici pẽt

I. peritorũ ſubtilitas.

Eſtenſiũ pricipũ liberalitas.

Credo ut tum grauis acqeſcat ardor,
Secum ludere, ſicut ipſe poſſem.
Et triſteis animi leuare curas
Tã gratũ eſt mihi, q̃ ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum,
Quod zonam ſoluit diu ligatam.

## FLETVS PASSERIS LES-BIAE. EPIGR. III.

ſione appellare, quare illum ſi amicus tamẽ amico eſt per litterarum cõmertia rogo ut mihi caueat, & Guarinum Potius Alexandrum Guarini ipſius nepotem q̃ Varinum nominet.

¶ CREDO ut cũ grauis acquieſcet ardor, melior paterna lectio. Credo ut tũ grauis acquieſcat ardor. Cuius erit ſenſus ut ſic tũc leniatur ardor amoris, & deſiderium mei.

¶ Secum ludere ſicut ipſe poſſem, hic ſenſus eſt ut nã poſſem ſecũ.i.cũ puella ludere ſicut tu ipſe.ſ.o paſſer ludis poſſem optãtis ẽ.i.utinã poſſẽ. ¶ Et leuarẽ ludẽdo remouere, et leues facerẽ. ¶ Triſtes curas, quia abſum a leſbia. Poſt hoc carmẽ in codice antiquiſſimo, & manu ſcripto ingẽs ſeqtur fragmẽtũ. nos tamẽ cõiecturis omiſſis quæ ſcripta ſunt interpetrabimur. ¶ Tã gratũ mihi.ſ.eſſet ſi poſſem ludere cũ ipſa. ¶ Aureolũ malum, iocũditatis cauſa, ſæpe diminutiua carminibus ſuis interſerit Catullus.

[Catullus diminutiua amat.] ¶ Pernici puellæ atalãtæ quæ uelocitate ſua multos icurrẽdi certamine ſuperauit, & demum aureis malis irretita ab hyppomane ſuperata fuit ſicut fabulam habemus apud Ouid. li. x. mutationum recitatam. [Atalanta.] ¶ Quod.ſ.malum, & poetice hoc dictum licet tria fuerit mala ſicuti in fabula patet. ¶ Soluit zonam diu ligatam. Malum enim aureum fuit cauſa ut ipſa amitteret uirginitatem.

[Zona uirginitatis] ¶ Diu ligatam, Nemini namq; nubere uoluerat cum uirginitatem cuſtodire ꝓpoſuiſſet, per zonam autem cingulum intelligit, & ad morem alludit de quo Feſtus Põpeius ſic inquit, Cingulo noua nupta præcingebatur, quod uir in lecto ſoluebat. Factum ex lana ouis, ut ſicut illa in glomos, ideſt in globos ipſis ex lana confectos, ſublata coniũcta inter ſe ſit. Sic uir ſuus ſecũ cinct⁹ uinctuſque eſſet hoc herculaneo nodo uinct⁹ [Herculaneus nodus] uir ſoluit, ominis gratia, ut ſic ipſe felix ſit in ſuſcipiẽdis liberis, ut [Herculanus.] fuit herculanus qui ſeptuaginta liberos reliquit. ¶ Soluit diereſim fecit, debet nãq; dactylus in ſecũda fieri ſede. ſic ẽt Ouidius Nũc quoq; te ſaluo perſoluẽda mihi. Sic Oratius in odis niueſq; deducunt iouẽ nunc mare nũc ſyluæ. Notandum qđ in carmine ſuperius poſito ſecum ludere, quidam Codices ita habẽt tecum ludere ſicut ipſa poſſem. quæ quidem lectio totius endecaſyllabi ſenſum mutabit. qui talis erit. Cum morũ ſimilitudo, & eadem ſtudia maxime copulent amorem, & amicitias, uidẽs Catullus paſſerem eſſe in delitiis apud amicam. Optat hoc endecaſyllabo poſſe cum illo ludere ſicut ipſa puella, ut oſtendat eiſdem ſe reb⁹ delectari, quibus & ipſa. totius autem epigrammatis idem erit ordo qui, & ſuperius poſitus fuit niſi ubi dicit tecum paſſerem alloquitur hoc ſenſu. poſſem.i. ¶ Vt poſſem tecum ludere ſicut ipſa ſcilicet puella poteſt.

Epigramma. III.
Expoſ.



Lugete o ueneres, cupidineſq;,
Et quantum eſt hominũ uenuſtiorũ,
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ,
Quem plus illa oculis ſuis amabat.
Nam mellitus erat ſuamq; norat
Ipſam tam bene q̃ puella matrem,
Nec ſeſe a gremio illius mouebat,
Sed circunſiliens modo huc mõ illuc,
Ad ſolam dominã uſq; pippilabat.
Qui nunc it per iter tenebricoſum
Illuc, unde negãt redire quenquam,
At nobis male ſit malæ tenebræ

LVgete o ueneres, paſſeris cui⁹ felicitatem ꝑcedenti epigrammate optauerat. Interitum hoc endecaſyllabo deflet poeta, & ſe triſtem ob leſbiæ triſtitiam innuit. ¶ Veneres cupidineſque. [Veneres q̃tuor Cupidines tres] Veneres quatuor. Cupidines tres fuiſſe docet Cicero libro tertio de natura deorum, Plato in ſympoſio duos eſſe amores dixit alterũ diuinũ alterum uulgarẽ quem ſecutus eſt Ouid. in faſtis, dicẽs Alma faue dixi geminorum mater amorum.

[Venuſtas] ¶ Hominum uenuſtiorum. Venuſtas a Venere dicta. licet pulcbritudinẽ in fœminis maxime ſignificet, tamen pro gratia quadam & amabili ſuauitate capitur. hinc uenuſti homines dicuntur.

¶ Et quãtum eſt hominum uenuſtiorũ, i. quot quot ineniũtur hoĩes uenuſtiores & alicuius elegãtiæ fleant. ¶ Plus oculis ſuis, [Oculi] oculos pro re cariſſima poſuit. eſt nãq; oculus pars corporis precioſiſſima, foreſq; animi ſunt oculi. ¶ Mellitus dulcis, Iocundus a melle. ¶ Suamq; norat, leſbiã dominã intellige. ¶ Ipſam tã bñ.ſ.norat q̃ſ puella.i. q̃libet puella nouit ꝓpriã matrẽ. ¶ Ad ſolã dominã uerſus dñam tãtũ & q̃uis mõ huc mõ illuc ſe conuerteret ad hos, & illos aſtãtes, tamẽ ſoli leſbiæ blãdiebatur. ¶ Vſque pipilabat. Gallinæ cum uocem pipi emittũt pipare dicuntur. Varro Mugit bos, ouis balat, equi hiniunt, Gallina pipat. In carmine uero quod de Philomela Ouidio aſcribitur accipitri hoc attribuitur. Accipiter pipat Miluus hianſq; lipit, Pipire uero prima.cor.dicuntur pulli, unde Columella li. ix. Die undeuiceſimo aiaduertat an pulli roſtellis oua percuderit, & auſcultent ſi pipiant. In carmine uero de phi [Pipare] lomella, Paſſeri hoc attribuitur. Cũ dicitur peſſimus at paſſer triſtia flendo pipit. Inde d' paſ [Pipire] ſere loquutus Catullus, uel ꝓprie uel metaphorice diminutiuam formam pipilare formauit, in qua ſane dictione licentia poetica ſyllabis abuſus fuit, hinc uidi antiquiſſimum codicem, in quo in primo.pp. Geminum fuit, q̃ſuis tam alii a pipare, pipulabat legere maluerint.
¶ Qui nunc it per iter per circunlocutionem dixit qui mortuus eſt. ¶ Per iter tenebricoſum, per uias & loca inferorum tenebris plena. ¶ Vnde negant redire a priuatione enim ad habitum non datur regreſſus naturaliter ut [A priuatiõe ad habitum nõ eſt regreſſus] Philoſophi docent in quam ſententiam, etiam dicit in odis Oratius. Cum ſemel occideris, & de te ſplendida minos, fecerit arbitria, nõ torquate genus, non te facundia, non te reſtituet.
¶ Pietas, & Virgil. in ſexto facilis deſcenſus Auerni, Sed reuocare gradum ſuperaſque euadere ad auras, hoc opus hic labor eſt. ¶ At uobis, inuehitur poeta contra inferorum tenebras, quæ paſſerem raptum detinent.

Orcus

¶ Orci, orcus pluto. ab urgēdo dictus litterarū imutatione, eo quod nos ī mortē urgeat a quo orcū pro īferno dicimus ſicut ſub ioue. i. ſub celo, Cice. li. iii. de natura deorū, Age porro iouē et neptunum deum nume

Orci, quæ omnia bella deuoratis,
Tam bellum mihi paſſerem abſtuliſtis
O factum male prob miſelle paſſer.
Veſtra nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

De phaſelo, quo in patriam
reuectus eſt. Epigrām. IIII.

Phaſelus ille, quē uidetis hoſpites
Ait fuiſſe nauium celerrimum.
Neque ullius natātis impetum trabis
Nequiſſe præterire: ſiue palmulis
Opus foret uolare: ſiue linteo.

ras ergo ēt orcus ſr eorū deus. orci igitur īferni. ¶ O factum male. O miſelle paſſer vocalis nō abiicitur in hoc carmine cum a uocali ſubſequente excipiatur. Quod effugere poterimus, ſi ut pater duarum tātum litterarum adiectione correxit, legerimus, prob miſelle paſſer. ut ſit exclamatio uenuſtiſſimo poetæ ſenſu. ¶ Tua nūc opa meli⁹ ſi ueſtrā legerimus, & ad tenebras ſenſum retulerimus, quarum opera effectū eſt, ut oculi laſbiæ lacrymis manātes rubeāt. ¶ Turgiduli, inflati ex nimio fletu ad quē alludens martialis lib. vii. de puero ſuæ puellæ mortuo ſic inquit. Accidit infandum nr̄æ ſcelus aule puellæ. Amiſit luſus delitiaſq; ſuas nō quales teneri plorauit amica catulli Lesbia neq; tiis paſſeris orba ſui, & hinc quoq; iuuenalis in principio ſextæ de lesbia itelligens dixit, nec tibi cuius Turbauit niti dos extinctus paſſer ocellos,

¶ Epigrāma. iiii. expos.

Haſelus ille quem uidetis, Nauim
p qua per multa maria dū māliū p̄torē i bythiniā ſubſeqtur. Vectus in patriā demum incolumis peruenerat, a celeritate & ab origine laudās caſtori & polluci cōſecrat. Verſus aūt eſt iambicus trimeter Archilochus ab inuētore denominatus. Phaſelus genus ē nauigii campani ut nonius in tractatu de genere nauigiorum meminit, ſed pro naui ſimpliciter poſuit hoc loco ſicut, & Virg. lib. iiii. georgicorum & circumpictis uehitur ſua rura phaſelis. pro naui ægyptiacaui minibus corio, & creta cōtecta, & foris picta, quam pactonē ſtrabo li. ulti. appellat, fœminino genere ꝓtulit martialis li. x. pictā phaſelon adiuuāte fert aura, & luc. in quinto. Et latus iuerſa nudum munita phaſelo. ordo uero talis eſt ille phaſelus quē uidētis o hoſpites ait fuiſſe ſe. ſ. celerrimū nauium, neq; nequiſſe potuiſſe, Duæ. n. negatiuæ unā faciūt affirmatōnē ſicuti tres magis negāt et ſupplēdū ē ait. ¶ Præterirē uelocitate ſua ſupare ipetū trabis, i. nauis. ¶ Natātis, ꝑ maria nauigātis, ¶ Siue palmu. palma latitudinē remi ſignificat. Sed pro remo poſuit, & duo dicit qbus ſolent uti nautæ uela, & remos, hinc Virg. geminaq; ope currere tētāt inde ꝓuerbium natuʒ, uelis remiſq; nitendū eſſe cū extremum conatum ſignificare uolumus. Cicero. hoc uſus eſt philippica prima. Tū uero tāta ſum cupiditate incēſus ad reditum ut mihi nulli, neq; remi, neq; uenti ſatiſfaceret. Et li. iii. Tuſcu, qōnū. Terra. n. res eſt miſera deteſtabilis. oi cōtentione, Velis, ut ita dicā remiſq; fugiēda, Eūdē habent ſenſum. uelis equis. Manibus & pedibus. Volare ire per maria. Sed

lus.

Pactō

Duæ negatiuæ.

Palma

Velis remiſque.



Celeritatē reſpiciens uſus eſt hoc uerbo. ¶ Et hoc. i. hanc nauis celeritatē phaſelū nāq; a uelocitate cōmendat ad quā ꝓbādā locorū ī qbus fuit teſtimōiū citat. ¶ NEGARE negat lepide affirmat dixit poeta, & eſt ordo negat littus adriatici minacis Cycladas. Rhodum, Thraciam, propontistida pōticū ſinum negare hoc. Adriaticū uero mare ē illud quod ab adria olim nobiliſſima urbe denominatum fuit. in cuius paludibus ſecundum aliquos. Venetiæ urbs opibus uiris ſapientiſſimis, numeroſiſſimo populo, ſitu munitiſſimo ſumma rerum oium copia, nō mortalium ingenio manibuſq; (nā ad ipſius ædificationē naturā ipſa rerum ceſiſſe uidetur) Sed diuino, & cæleſti quodā numine cōdita, aliarū urbiū regina, ac ueluti totius mūdi inſtar merito exiſtimari poteſt. ¶ Cyclades, Cyclades i mari ægeo inſulæ ſunt ſic dictæ ut ſolinus. c. xvii. quia licet ſpaciis lōgioribus a delo proiectæ in orbē tamē circa delon ſitæ ſunt orbē uero κυκλον grai ferunt, quod affirmat ēt pōponius mella li. ii. cap. penul. et pl. li. iiii. c. xii. ubi ip̄ꝛ rū inſularū noīa cōmēorat quarū ēt ſtrabo li. x. meminit ubi Cretā, et eius ſitū deſcribit diodorus li. vi. in fine. Rhodos inſula ē in lytia ut mela, licet alii carpathio mari aſſignent, & uerſu lucilii. Rhodos carpathium pelagus ſe inclinat apertum, in ea urbs fuit ēt eodē nomine dicta uel a neptuni filia quæ a ſole amata fuit, uel qa græce ῥόδον dicitur roſa quoniā iuento roſæ capulo ædificata fuit. & aliis prius nominibus appellabatur. quæ enumerantur a plinio li. v. ca. xxxi. ¶ Nobilē autem dixit, ſic oratius li. i. carminum ode. vii. claram appellauit., uel quia ut ait ſolinus ca. xx. nūq; cælum ita nubilū eſt ut in ſole Rhodos non ſit, & pli. repetit li. ii. ca. lxiii. claruit, & inſula gloria belli naualis, & ingēti illa ſolis ſtatua quæ coloſſus dicta fuit de qua ſtrabo li. xiiii. ubi inſulam & ur is no ilitatē his uer is declarat. Vrbs autē Rhodus in oriētali promontorio ſita eſt. portubus & uiis & mœnibus, & reliquis ornamētis tātopere cæteris excellēs ut aliā dicere nequeas, ne æquandam quidem ne dum ſuperiorem & reliqua, de hac etiaʒ Diodorus li. vi. ca. xiii. ¶ Thraciā. Thracia regio eſt europe ἀπὸ τῆς τραχύς. i. ab aſperitate dicta de qua pōponius li. ii. ca. i, regio nec cælo læta, nec ſolo, & niſi qua mari ꝓpior eſt infecunda ideo horridā dixit poeta. de hac, & de thracū moribus ſcribit ſolinus. c. xv. et Pli. li. iiii. c. x. ¶ Propōtida alii propōtidē legūt ad pyrichiū effugiendum, ut ſit Iambus in ſecunda ſede. Propōtis pars eſt eius pelagi quod uno uocabulo noſtrum mare dicitur ut pomponius in principio coſmographiæ retulit. Nam ubi primum ſe arctat helleſpōtus uocatur, propontis ubi expādit, ubi preſſit iterum boſphorus Thracius, ubi iterū effundit pontus euxinus, qua paludi coniungitur boſphorus cimerius palus ipſa meotis, de quo, et ſolinus ca. xxii. & ſtrabo li. iii. & Plinius li. iiii. ca. xii. Idem ferme. ¶ Ponticum ſinum euxinum mare itelligit de quo Plini. li. vi. ca. i. & ſtrabo li. iii. Trucem uero appellat, qa ut de ipſo tradit pōponius mella in fine lib. primi, inflectitur ad formā

Et hoc negat minacis adriatici
Negare litus, inſulas ue cycladas.
Rhodū ue nobilē, horridā ue Thraciā
Propōtidē, trucem ue pōticum ſinum.

Adriaticum

Adria urbs.

Venetie urbium regina

Cyclades.

Rhodos.

Rhodos nobilis.

Coloſſus.

Thracia.

Propōtida.

Euxinū mare.

Scythici arcus maxime incuruus breuis, atrox, nebuloſus, non molli, neq̃ arenoſo circundatus littore, uicinus aquilonibus. & quia non profundus eſt fluctuoſus atq; feruens, olim excolentium ſæuo admodum ingenio. Axenus.i.inhoſpitalis. Quod etiam Plinius affirmat, cuius hæc ſunt uerba in principio.li.yi. pontus euxinus antea ab inhoſpitali feritate axenos appellatus &c.

Axenos.

Plini. li.yi. ca.ii.

VBI iſte poſt phaſelus. Modo nauim laudat ab origie, Cuius & amaſtri & cytorum adducit teſtes, eſt autem ordo. ¶ Vbi.i. in quo pontico ſinu, iſte poſt phaſelus.i.iſte phaleſus q̄ poſt arborē fuit nauis quæ ex ſylua hoc eſt ex arbore fuit nauis facta, antea q̃ nauis eſſet, Videlicet fuit comata ſylua.i. fuerunt arbores frōdoſæ, frondes nāq; ſunt arborum comæ. ¶ Nā cytoro, rationem adducit, Cur dixerit nauim iſtā in ſinu pontico olim fuiſſe ſyluā, quia fuit fabricata in cytoro mōte nō lōge a ſinu pontico, ordo uero talis eſt, nā ſæpe phaſelus.ſ. edidit ſibilum in iugo.i.in monte Cytoro, loquente coma.i. reſonātibus frōdibus arborum. ¶ Edidit ſibilum. Cum.n. frondes arborum a uento percutiuntur ſonitum emittunt ſimilē ſibilo, qui a græcis ex nomine factiuo. ψιθύρισμα dicitur & uerbum ψιθυρίζω ariſtophanes in prima ωσοτχωλλτχ νος ψιθυρίζει, & Theocritus in principio ἀδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς αἰπόλε τήνα i. Iocunda res.ſ. eſt murmur, & pitia o æpole illa, Cythorus uero mōs eſt paphlagoniæ, & olim ſynopenſium fuerat emporium ut ſtrabo docet li.xii, a Cythoro phryxi filio denominatum, quod ēt pomponius in fine primi libri his uerbis indicat, & a cytoro phryxi filio poſita Cytoros de quo etiā

Citor⁹ mons.

Citor⁹ mons.

*Vbi iſte poſt phaſelus, antea fuit*
*Comata ſilua, nā cythorio in iugo*
*Loquente ſæpe ſibilum edidit coma,*
*Amaſtri pōtica, & cythore, buxifer*
*Tibi hæc fuiſſe, & eſſe cognitiſſima*
*Ait phaſelus: ultima ex origine*
*Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine.*

¶ Amaſtri pontica, ſermonē apoſtrophat ad oppidum & montem eorumq; teſtimonium citat, qbus ex relatione phaſeli dicit hæc omnia bene cognita eē Amaſtris oppidum in paphlagōia parte pōti, ante ſeſſamum dictum, uti pli.li.yi.ca.ii, teſtatur. Strabo uero li.xii. Amaſtriā orā fuiſſe poſt parthenium amnē ſic a noīe urbis. urbē uero a nomine uxoris dionyſii denominatā ubi ēt ipſe Amaſtris arcē ſeſſamum appellatā fuiſſe dicit, ¶ Cytore buxifer, in quo maxima ē buxi copia, nam ut ſtrabo cōmemorat plurima & optima in amaſtriano agro buxus naſcitur p̄cipue circa cytorum qđ ēt pli. repetit li.xyi.c.xyii. ¶ Hæc fuiſſe, & eē quæ hactenus dicta ſunt de nauis origine. ¶ Vltima ex origine, ordo eſt dicit phaſelus ſe ſtetiſſe in tuo cacumine ex ultima origine.i.ex prima ipſa origine, omnium.n. rerum duo ſunt principia & duo fines, hinc illud Terētii in eunucho Certe extrema linea amare haud nihil eſt de uiſu intelligēdū exiſtimo, nā cum quinq; ſint amoris lineæ. Viſus uidelicet alloquium tactus, oſcula factūq̃ rū uiſus prima ē illum tamē p extremum intellexit a facto. Sed icipiēdo retrograde, nā ſenſus eſt, qđ poſſe amicā tātūmodo uidere in amore ē aliqd, inquā ſentētiā uidetur ētaccepiſſe, lact.li.iii. Thebaides

Amaſtris oppidum

Seſſam⁹ Ar.

Buxus pluria i citoro

Terētii locus.

Amoris lineæ.



ubi hymænei fabulā exponit cum inqt qđ poterat tum puellā extrema amoris ¶ Linea diligens ſatis aio, ſolo ſatiabat aſpectu. ¶ Imbuiſſe, ſupple iterū dum phaſelus. ¶ Palmulas, remes madefeciſſe, i tuo æquore.i. i mari ipſo euxio, ¶ Et ide ex ipſo euxino dixit ſe tuliſſe. ¶ Herū Catullū de ſeipſo.n. loqtur, ¶ Per tot ipotētia freta per tot maria tēpeſta tib⁹ plena, ipotentia igitur.i.in malū potentia, ſicuti ipotēs Sylla noiat⁹ fuit. ¶ Leua ſiue dextera uocaret aura ſiue ad dexterā ſiue ad ſiniſtrā flaret uētus. ¶ Siue utrūq;, ordo ſiue iupiter ſimul ſecūdus icidiſſet in utrūq; pedē, ſiue uētus a pupi flās, ex ueraq; pte uelū ipelleret, alii utriq; legūt. ¶ In pedē. Pes hoc loco ſignificat funē quo uelū alligatur uulgo Podiam appellāt. Virgi. una oēs fecere pedē. ¶ Iupiter. Vētus q ex motu aeris cātur. eſt.n. Iupiter aer, Oratius manet uenator ſub Ioue frigido teneræ cōiugis imemor. ¶ Neq; ulla nota, iterū ſupplēdū eſt dicit.i. nō oportuit qđ pp tēpeſtates uota faceret. ¶ Deis littoralibus, q in littore colūtur. hi autē ſunt glaucus nereus melicerta. Virg. uotaq; ſeruati ſoluēt in littore nautæ, glauco Pãopeæq;, & inoo melicertæ. ¶ Cū ueniret a mari nouiſſimo ab ultimo, & remoto mari pōtico, nouiſſimū uero pro extremo, ēt apud Ciceronē poſitum uni co in loco in epiſtola ad Octauianū reperi ubi inqt, nā ut ordiar ab initio, & perducā ad extremū & nouiſſima cōfe

Sylla i potens

Pes

Iupiter

Littorales dei.

*Tuo imbuiſſe palmulas in æquore,*
*Et inde tot per impotentia freta*
*Herum tuliſſe leua ſiue dextera*
*Vocaret aura, ſiue utrunq; Iupiter*
*Simul ſecundus incidiſſet in pedem.*
*Neque ulla uota littoralibus deis*
*Sibi eſſe facta, cum ueniret a mari*
*Nouiſſime hūc ad uſque lipidū lacū*
*Sed hæc prius fuere: nunc recondita*
*Senet quiete, ſeque dedicat tibi*
*Gemelle caſtor, & gemelle caſtoris.*

ram primis, quæ non poſterior dies acerbior priore. Licet hoc uocabulo tāq̃ nō latino ipſum abſtinuiſſe exiſtimet. Au. Gel. lib. decimo capitulo ſecūdo. ¶ Aduſq; limpidum lacum, ad benacū, in quo erat hodieq; ē oppidulum Sirmio Catulli delitiæ. ¶ Limpidū pſpicuum. ¶ Aduſq; p̄poſitio eſt cōpoſita, nam ſi duæ eēnt ut qdā exiſtimant latinum nō eēt, qa p̄poſitioni ſeparate p̄poſitio nō coheret, ut ſcribit Donatus in libello de octo partibus orationis, hic ſergius in Donatum, Aduſq; non uidetur plurimus præpoſitio, nam ſi habeat alteram præpoſitionē ipſa præpoſitio eē nō poteſt. nunq̃ enim p̄poſitio alteri præpoſitioni coheret. Quod ſeparatim intelligendum eſt, quoniā ſubiungit. Si autem uolueris ut cōiunctim cohereat, nō iam aduerbiū erit. ſed potius recipit naturam ſuam, nā præpoſitionem ſic præpoſitioni coherentem ut pro una parte orationis habeatur, inuenimus ſæpe, & apud Catonem ut circumcirca.i.circa, & apud Ciceronem in partitionibus. illa autem altera argumentatio quaſi retro econtra prius ſūmitq; uult quāuis in nouis impreſſionibus contra legatur, & in libro de diuinatione. Ara enim quā ſeptam uidemus ex aduerſus eum locum conſecrata eſt, & apud Virgiliū aduſq; colūnas exulat. ¶ Sed hæc prius fuere q̃ de celeritate, & origine Phaſeli dicta ſunt. ¶ Nunc, cum domū me reuexerit. ¶ Senet, conſeneſcit phaſelus

Sirmio

aduſq;

Nota d p̄pōnibus.

Circū circa.

Ecōtra

Ex aduerſus.

Quiete recōdita. Cum iā non amplius nauiget. Seq; dedicat tibi gemelle caſtor & gemelle caſtoris, hi dicuntur gemini q eodē partu ſunt nati inde gemelli per diminutiuā formā quā unice amat Catullus fiunt. Gemellus aūt cum nomen

Gemini

ſit ad aliqd, ſic caſtor dicetur gemellus pollucis, & pollux gemellus caſtoris, qa eodē ouo ex ioue, & lœda nati ſunt ut fabulæ docēt. Ambo autē ſimul uenientes dicuntur pſtare felicē nauigationē, ut refert in lib. de ſignis Iginius & Diodorus in.v. & Pli.li.ii.c.xxxvii. Vbi dicit in antenis nauigātium aliiſq; nauium partibus iſiſtere ſolitos, unde etiā Ouid. in fine lib.v.faſt. de illis itelligēs ſic inqt. Vtile

caſtor & pollux.

ſollicitæ ſidus utrūq; rati, nā ſi ſolitarii uenerit graues ſunt mergēteſq; nauigia gemini autē ſalutares, & proſperi curſus pnuncii. unde Orati. in odis, & fratres Helenæ lucida ſidera. Nam eorum aduentu fugari diram illam ac minacem appellatamq; Helenam ferunt. Epigram.v.Expoſ.

## Ad leſbiam. EPIGR. V.

Viuamus mea leſbia, atq; amemus,
Rumoreſq; ſenum ſeueriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis.
Soles occidere, & redire poſſunt,

Iuuamus mea leſbia, Catullus puellā nomine clodiā amauit. Sed pro Clodia leſbiā nominauit. Sicut apuleius in apologiæ oratione prima annotauit, ſimiliter etiā quæ metella erat perillā ſcripſit, Sicut Propertius hoſtiā diſſimulās cynthiā dicit, & Tibullo plania erat in aīo, delia in uerſu. Leſbiā igitur amicā quæ quorundā ſenum maledicētia in amore refrixerat, ad eundē, ad iocos ad uoluptates, & ad baſia endecaſyllabo reuocat. Viuamus in hoc uerbo uoluptas quædā incluſa eſt, ac ſi diceret Genio īdulgeamus, ſicut apud Martialē. Nō eſt crede mihi ſapiētis dicere uiuā, ſera nimis uita eſt craſtina, uiue hodie. Atq; amemus, amare eſt diligere licet in illo maior quædā uis inſit. Et amare alias eſt amore frui, ſicuti declarat Donatus apud Terentium in eunuco, hinc eſt locus ille apud Plautum in bacchidibus a nemine hactenus qđ nouerī declarat⁹, ubi dicit Amator. Prius hic adero q̄ te amare deſinam, ideſt non tā cito amore fruerer, hoc eſt non tam cito actum ueneris tecum perficerē q̄ cito reuertar, hucin hanc ſententiam hoc loco exponendū exiſtimo, cum ad res uoluptuarias amicam inuitet. Amemus Amore fruamur, & rem ueneream exerceamus. Rumoreſq;, infamiam, ſuſuros et maledicentiam. Nō eſtimemus unius aſſis, alias dicitur, As tota bonorum alicuius uel hæreditatis ſumma, nunc uero pro ſpecie nummi minimi precii accipere debemus, hinc Oratius. Quem ſi comminuas uilem redigatur ad aſſem, Pli.li.xxi. deſcriptione cognomēto ſuarione, nec ei fuit ī bonis funeris ipēſas aſſe, ergo ɔtulit populus, ac funus elocauit, et Sueto. in auguſto ex Nocturno uiſu ſtipē quot annis die certo emēdicabat a populo, cauā manū aſſes porrigētibus pbēs. Soles oc. nō ſm phyſicos. ſʒ Secū dū uulgi opionē loqutus poeta, ſoles occidere. i. ocultari, & redire. i. naſci poſſe dicit, quorūdā nāq; idoctorꝫ opīo fuit quotti die nouū ſolē, & naſci, & interire. Eādē ſentētiā li.iiii. carmine de luna, Oratius dicit, Dāna tamē celeres reparāt cœleſtia lunæ. Nos ubi decidimus.

Cynthia. Leſbia

Viuerē

Amarē

Plauti locus

As.

Scipio ſuariō

Opio Vulgi de ſole

Quum



QVVM ſol nobis occidit lux breuis. i. uita nr̄a. Nox una mors eſt dormienda, Somno mors ubiq; comparatur. Ouid. ſtulte qd eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago, & Virgilius, Oli dura qes, oculos & ferreus urget ſomnus. Cice. in fine primi li. tuſ. qō. Sin autem perimit ac delet omnino, qd melius: q̄ in mediis uitæ laboribus obdormiſcere, et ita conniuientē ſomno conſopiri ſempiterno. Da mihi baſia mille, Cum igitur ita ſit quod mortui nūq̄ reuiniſcūt ab amica dū uiuit, & poteſt uoluptatibus frui baſia petit. Dein uſque, denotat in oſculando perſeuerantiam ne amica defatigetur. Dein cū millia multa fecerimus, ſupradicta nanque. 3300. ſunt, hinc uidetur dicere Martialis, nolo quot arguto dedit exorata Catullo Leſbia pauca cupit qui numerare poteſt. Conturbabimus, confundemus numerum. Ne, ut nō. Sciamus illa. ſ. baſia quot ſint, & nemo poſſit hoc ſcire. Fecerimus, penultimam ſyllabam produxit ſicut apud Ennium, nō mi aurum poſco non mi precium dederitis, & Ouidius lib. iiii. de ponto, & maris Ionii tranſieritis aquas præcipit nāq; Diomedes grammaticus præteritum a futuro ſubiunctiui differre in hoc ut ris præteriti breue ſit, ſicut penultima primæ, & ſecundæ numeri pluralis. Licet quibuſdam ſyllaba longa p breui poſita perperam uideatur. Aut ne quis malus, ne quis per inuidiam faſcino nobis nocere poſſit, exiſtimant nāq; his tantum faſcinum nocere poſſe, de quibus certi aliquid conſtat.

Mors ſomnus

Præteritū a futuro ſubiunctiui differt

Faſcinum

Nobis, cum ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.
Da mi baſia mille, deinde centum,
Dein mille altera, Da ſecūda centum,
Dein uſque altera mille, deinde centū,
Dein cum millia multa fecerimus.
Conturbabimus illa, ne ſciamus:
Aut ne quis malus inuidere poſſit
Cum tantum ſciat eſſe baſiorum,

## Ad Flauium EPIGR. VI.

Flaui delitias tuas Catullo,
Ni ſint illepidæ, atque inelegantes
Velles dicere, nec tacere poſſes:
Verum neſcio quid febriculoſi
Scorti diligis hoc pudet fateri,

Epigrām. vi. expoſitio.

Flauii delitias, Flauiū in elegātis ſcorti amatorē redarguens hortatur ut ſibi amores ſuos tanq̄ eos carminibus celebraturus aperiat, argute uero hominem taxat, qui nihil reticere poſſit, uerſus autem eſt endecaſyllabus: Sēſus eſt o Flaui ſi lepidam & elegantem amares puellam illam neutiq̄ reticere poſſes, ſed quoniam illepidam & inuenuſtam diligis, idcirco uerecundaris fateri, ordo talis eſt, o Flaui uelles dicere nec poſſes tacere tuas delitias catullo. i. mihi, ni ſint illepidæ, & inelegantes, & hoc modo amicum dicacitatis arguit. Febriculoſi, febricitantis febri continuo laborantis, amaladizo uti uulgo dicitur. Scorti, ſcortum uti Donatus apud Terentium in eunucho docet, meretricem ſignificat. licet & de maſculo dicatur. T. L. in viii. de bel. mace. Phi lippum carum, & nobile ſcortum, dicitur autem ſcortum uel quia tanq̄ pellis omnibus ſubiacet. ſcortum nāq; Corium appellant, uel quia σκέρειν eſt pal

Scortū

pitare, quod faciunt meretrices ſaltando uel criſſando ob eam cauſam ut Lucretius ait, ut conciniorem uenerem exhibeant uiris aut ſibi cōceptum abigant, qui in uulua fœminæ in ipſo coitu non ſe monētis incidit ut Donatus docet. ⁋ Illepide, ſine lepore. ⁋ Hoc. ſ. febriculoſum ſcortū, uel hoc. i. ideo ꝗa febriculoſum ſcortum diligis.

Nam te non uiduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat
Sertis & ſyrio flagrans oliuo,
Puluinuſq; peræq; & hic & illic,
Attritus tremuliq; quaſſa lecti
Argutatio, inambulatioq;,
Nam ni præualet iſta nil taceres.
Cur non tam latera exfututa pādis.
Ni tu quid facias ineptiarum?
Quare qcquid habes boni, maliq;,
Dic nobis, uolo te, ac tuos amores
Ad cœlum lepido uocare uerſu:

Ad leſbiam. EPIG. VII.

NAM te non uiduas, occurrit obiectioni, poſſet n. dicere Flauius nullū habeo ſcortū, iō quædā enumerat ſigna quæ ipm indicant in nocte non ſolum iacere. ⁋ Noctes uiduas, a ſcorto ſepatas. ⁋ Necquicq̄ tacitū, nō tacitū, ꝗa dū mouetur icoitu reſonat lect⁹, necqcq̄ aduerbiū n̄ ſignificat Vir. i georg. neqcq̄ pīguis paleas terret Area culmos. ⁋ Sertis, et ſyrio flagrās oliuo, p oliuū ſyrium itelligo odores oēs ex ſyriis germinibus cōfectos, ut Nardū amomum, Milobatrum et ſimilia, odoribus uero uenerem excitari docet Apuleius ſic ſcribens, Vino pulcherrimo atq; copioſo memet madefecerā, & unguento fragrantiſſimo proluuium ueneris ſuſcitaram. ⁋ Flagrans, ardens æſtu libidinis. uidelicet. ⁋ Atritus, ſcorti uolutatione. ſ. ⁋ Peræq;, ualde' æqualiter, per enim auget. ⁋ Et hic & illic, i duobus locis quod arguit duos cubare. ⁋ Argutatio quaſſa lecti, argutari eſt ſubſilire ut Nonius inquit titinius in fidenia. Terra hæc eſt noua quaſi ubi tu ſolitus argutari pedibus cretam dum cōpeſcis, inde fit argutatio, ideſt ſubſaltatio in lecto quā faciunt amatores. ⁋ Inambulatio, ex frequēti enim illorum motu lectus concutiebatur, et quodāmodo deambulare uidebatur. ⁋ Nam ni p̄ualeat iſta, ſcilicet mulier quæ turpitudine ſua prægrauat ut cogat te tacere, aliter oia mihi diceres, cū tibi id ſit uitii ut tacere neq̄as, nec mirū uideat cū dixerit ſcortū, et ſubiungat iſta, reſpicit namq; ſignificatū ſic Terē. ubi illic ē ſcelus ꝗ me ꝑdidit. ⁋ Cur nō tā la. ſenſus ē cur. n. nō manifeſtares latera tua coitu tā exhauſta, ni ſi hæc cā retineret te ꝗa facis neſcio ꝗd ieptiarū, dū. ſ. futuis febriculoſū ſcortū & iō i ſequēti carmine, ni tu ꝗd facias legēdum eſt nō autem, nec tu, niſi uoluerimus hunc eſſe ordinē. Cur nec tu pandas quid facias ineptiarum, Sed melior prima lectio. ex qua clarior ſequitur ſenſus. ⁋ Tam ex fututa, coitu exhauſta. ⁋ Quare ꝗcqd habeas, hēri. n. ꝓprie dicitur ſcortū ut inqt in andria Donatus Terētian⁹ ꝗs heri habuit chriſidē. ⁋ Boni maliq;, ſiue illud fuerit elegās ſiue illepidū ſcortum, o ſia bona o catina robba uti dicitur. ⁋ Volo te ac tuos amores amicā tuam ad cœlū carminibus meis celebrare, & ueluti imortales reddere. ⁋ Vocare, in hoc uidetur ſibi ipſi poeta applaudere tanq; ipſe ēt ſit i cœlū ſcriptis ſuis eleuat⁹, et uelit alios illuc uocar̄

Epigrā. vii. Expoſ.

Necq̄ q̄

Odoribus Venus excitatur

Argutari

Hēri



Quæris quot mihi baſiationes
Tuæ Leſbia ſint ſatis, ſuperq;?
Quā magnus nūerus libyſſæ arenæ
Laſerpiciferis iacet cyrenis
Oraclum iouis inter æſtuoſi,
Et batti ueteris ſacrum ſepulchrū
Aut q̄ ſidera multa, cū tacet nox,
Furtiuos hominum uidet amores.
Tam te baſia multa baſiare
Veſano ſatis, & ſuper catullo eſt,
Quæ nec pernumerare curioſi
Poſſint, nec mala faſcinare lígua

Quæris quot mi. ba. ꝗa poeta ſupi⁹ dixerat, da mihi baſia mille &c. iō ipm iter iocos leſbia iterrogauerat quot determinate baſia uellet, q̄ poſſent ſibi ſatis ſupq; eē, et poeta hoc epigrāma te endecaſyllabo uerſu ꝯſcripto rn̄det ſe inumerabilia uelle qd declarat ꝗbuſdā cōparationibus et hoc ē faſcinū ſibi no ceē poſſit. ad hoc epigrāma alludere ur̄ Mart. li. xi ad puerū ſuū ſcribēs. Da nūc baſi. Sed Catulliana, ordo eſt, o leſbia q̄ris ex me uidelicet quot tuæ baſiationes ſint mihi ſatis ſuperq;, tam te baſia multa baſiare ſatis, & ſupereſt Veſano Catullo quæ nec curioſi pernumerare poſſint, nec mala faſcinare lingua, q̄ magnus numerus lybiſſæ arenæ, iacet Cyrenis laſerpiciferis iter oraculū Iouis æſtuoſi, aut q̄ ſydera multa &c. per q̄ oia innumerabilia itelligit baſia. ⁋ Quā magn⁹ numerus lybiſſæ arenæ, quot ſūt arenæ grana in affrica, a lybia enim fit lybicus, & lybiſſus. ⁋ Iacet cyrenis, apud cyrenas, Cyrenæ ciuitas eſt in affrica a batto oli calimachi ꝓgenitore cōdita, de qua Pli. li. v. & c. v. et Diod. ſiculus li. v. et. c. xv. & Soli. c. xxxvii. et Stra. li. xvii. & Iuſti. li. xiii. laſerpiciferas uero uocat ꝗa i cyrēaico agro herbæ genus ē reptū qḋ laſerpitiū dr̄ et græce ſilphion, et eius ſuccū laſer uocant magi cū uſu madicamentiſq; ut Pli. li. xix. c. iii. docuit. ⁋ Inter ora. Io. æſtuoſi, ionē āmonē itelligit cuius tēplū iter ſeptē orbis mirabilia annumeratū a libero p̄re iter mauritāniæ arenas ædificatū fuit, qḋ aberat cyrenis. cccc. m. paſſuū ſi Pli. credim⁹ li. v. c. v. lꝫ Soli. c. 37, dicat iter cyrenas, & ammonis tēplū millia paſſuū tercēta eē, de quo ēt Stra. li. xvii. loqtur & Diod. i ſine q̄rti et ꝗnt⁹ Cur. i. ii. li. corū ꝗ nūc reperiuntur ubi iter Alexādri ad Ammonis tēplū pluribus uerbis deſcribit, et æſtuoſi hoc dicit ꝓp arenas ritu maris æſtuantes ſicuti Luc. li. ix. deſc. et. P. mel. li. i. i affricæ diſcurſu ſic iqt. ide ad catabatmō cyrenaica ꝓuincia ē, i ea namq; ſūt āmonis oraculū fidei iclytæ, et fons quē ſolis appellāt, & rupes q̄dā auſtro ſacra hic cū manu hoiꝫ ꝯtigitur, ille imodicus exurgit arenaſq; q̄ſi maria agens ſic ſæuit ut fluctibus. ⁋ Et bat. ue. ſa. ſe. p ſepulchrū batti cyrenas itelligit i ꝗbus ſepultus fuit batt⁹ illarū ꝯditor. ⁋ Aut q̄ mul. ordo ē aut q̄ multa ſydera uident furtiuos hoium amores. ⁋ Cū nox ta. ſolēt. n. nocturno tpe amatores accedere ad amicas, hinc Iuue. ſed luna uidet, ſed ſydera teſtes itēdūt oculos, et ꝓpertius Me mediæ noctes me ſydera plena iacētē Frigidaq; eoo, me uidet aura gelu. Cū tacet nox tpſ illud noctis idicare ur̄ qḋ ꝯticiniū dr̄ cū galli cōticeſcūt, et hoies ēt tūc ꝗeſcūt, de quo Macr. li. i. ſatur. et Cēſo. i lib. de die natali. c. 17. ubi ēt reliq̄s tā noctis q̄ diei ꝑtes enumerat. ⁋ Veſano, ob amorē iſanīēti. ⁋ Curioſi, hoc emphaſim hēt, ut diligentes ēt in rebus alienis, et qui hoc agāt ēt nō poſſint nūerare, et ſic ēt faſcinū effugiēt rōne ſuperius dicta. Eſt ät

Lybic⁹ lybiſſus

Cyrenæ

Battus

Calimach⁹

Laſerpitium

Laſer

Iupiter ammō

Conticinium

Faſcinum quodam incantationis genus quo homines ad extremam maciem deue- niunt, de quo Solinus ita refert. Quædam in terra affricæ hominum familiæ ſunt uoce atq; lingua efaſcinantes, quæ ſi impenſius forte laudauerint, pulchras arbores ſegetes lætiores, īfantes amæniores, egregios equos, pecudes paſtu atq; cultu opti- mas emoriantur repente. Inde uerbum faſcino dicitur, Virgilius, Neſcio quis tene- ros oculis mihi faſcinat agnos, & in ſeptima egloga ad faſcinum etiam alludens inquit, Aut ſi ultra placitum laudarit bacchare frontem Cingite ne uati noceat ma la lingua futuro.

Faſcinum

Epigram. viii. Expoſitio.

## Ad ſeipſum. EPIG. VIII.

Miſer Catulle deſinas ineptire,
Et quod uides periiſſe, perditū ducas,
Fulſere quondam candidi tibi ſoles,
Cum uentitabas, quo puella ducebat,
Amata nobis quātum amabitur nulla
Ibi illa multa tum iocoſa fiebant,
Quæ tu uolebas, nec puella nolebat:
Fulſere uere candidi tibi ſoles,
Nūc iā illa nō uult, tu q̄q; īpotēs es Nec
Quæ te fugit ſectare nec miſer uiue
Sed obſtinata mente perfer, obdura:
Vale puella, iam Catullus obdurat:
Nec te requiret: nec rogabit inuitam,
At tu dolebis, cum rogaberis nulli,
Sceleſta te ne? quæ tibi manet uita?
Quis nūc te adibit? cui uideberis bella?
Quē nunc amabis? cuius eſſe diceris?
Quē baſiabis? cui labella mordebis?
At tu Catulle deſtinatus obdura.

M iſer catul- læ, ad ami cā deſeren dam cui recōcilia ri nō poterat hoc trimetro iambico ſeipſum hortatur poeta, mire antē amatorii affectus exprimuntur. ¶ Miſer catulle, ſeipſum alloqui- tur. ¶ Miſer, q a in amore tempus rē præcioſiſſimā conſumpſiſti. ¶ Deſinas inepti re, inſanire & ie- ptum eſſe & de- lirare uti faciunt amatores, Cic. li. ii. de oratore apte declarat de iepto his uerbis, quem enim nos ineptum uo- camus, is mihi uidetur ab hoc nomen ha bere ductum ꝙ non ſit aptus, idq; in ſermonis noſtri conſuetudine perlate pa tet. Nam aut tempus quod poſtulat nō uidet, aut plura loquitur, aut ſe oſten- tat, aut eorum quibus cum eſt uel digni tatis uel cōmodi rationem nō habet, aut deniq; in aliquo genere aut inconcinus aut multus eſt, is ineptus dicitur. Hoc uitio cumulata eſt eruditiſſima illa græ corum natio. ¶ Et ducas, exi ſtimes. ¶ Perdi tū, ideſt periiſſe. ¶ Quod uides periiſſe, tēpus, uidelicet bonam famam patrimo nium, nam iſta omnia amando perdūt iuuenes. ¶ Candidi ſo les, felices dies ex cōſuetudine gentis thraciæ, quæ albo lapillo fortunatos, ni- gro uero infeli- ces dies conſue- uit notare, ac ſu premo uitæ die ſeparatos denu- merare, atq; ita de felicitatis aut miſeriæ ratione pronūs tiare, ut Plinius refert lib. vii. alii crecē ſium hūc fuiſſe morem aiunt, unde Ora tius in primo carm. creſſa ne careat pul- chra dies nota. Hinc Perſius, hunc macri ne diem numera meliore lapillo & Mar tialis, & ſi calculus omnis huc & illuc diuerſus bicolorque digeratur, uincet candida turba nigriorem. ¶ Cum uen titabas, ex quo amator cupit continue amicam uidere, i[d]eo ex frequenti profe- ctione ad

Inept⁹

Mos l[apillo-] rū



amicā fœlicitatē ſuam arguit poeta, ¶ Amata nobis. i. a nobis ſic Virgi lius dilecta ſorori pro a ſorore. ¶ Ibi in loco illo ad quē te puella ducebat. ¶ Ful- ſere uere. ex præteritis uoluptatibus ſe oino fœlicē fuiſſe dicit. ¶ Nūc iam illa nō uult. ſ. qd iocoſa illa fiant. Tu quoq; īpotens es. ſ. illa facere, quæ cōſueuiſti nolen- te amica, poſt hæc uerba in fine huius carminis ſequi debet ꝑticula illa. Hoc q̄ ma le trāſpoſita in principio ſubſequētis carminis cohærebat, Principium uero alterius carminis ſic admonēte patre legēdū erit, quæ te fugit ſectare, et ordo erit nec ſecta re eā. ſ. quæ fugit te. ¶ Nec miſer uiue eā amādo q̄ te nō redamat. ¶ Sed obſtina ta mēte perfer ſe ipm ad patientiā exhortatur cū ab amica neglectus fuerit. ¶ Va le puella tāq; lesbiā omnino derelicturus eam diſcedētium uerbo alloq̄tur. ¶ Iam Catullus obdurat ſic. n. in animo ſtatuerat. ¶ At tu dolebis, hoc. n. maxime quæ- runt amatores ut cū ab amica diſcedere uelit, ut iuſta de cā diſcedere uideātur, ut il la eorū abſentia cōtinue crucietur, ¶ Cū rogaberis nulli pro a nullo. ¶ Sceleſta te ne? ſ. rogē uel uerbū turpitudinis ſupreſſit, ſic Virg. in tertia egloga, nouimus, & qui te, hæc figura eſt breuitatis per detractionem nō tamē apoſiopeſis, ut in nono ait Quintili. nā in apoſiopeſi q̄d taceatur incertum eſt, aut longiore ſermone expli candum, hic unum uerbū, et manifeſtum q̄d deſiderat, ſic Terē. in eunuc. Ego illū eunucū ſi opus ſit uel ſobrius. ¶ Quæ tibi manet uita. qualis eſt tibi futura uita ſi ne amore meo. Iratus poeta malis lesbiæ īſultat. ¶ Quis nūc? cū a me derelicta fue ris. ¶ Te adibit? accedet ad te quaſi dicat nullus. ¶ Cui uideberis bella? quaſi di- cat nemini. ¶ Quē nunc amabis? quaſi uelit īferre neminē mihi cōferendum repe ries quia nullus te adamabit. ¶ Cuius eſſe? ac ſi dicat nullius. ¶ Quem baſiabis cui label? hæc. n. ſibi a lesbia ſolita fieri innuit poeta. ¶ At tu Catulle, demum ad il lam deſerendā ſe hortatur ut ab initio. ¶ Deſtinatus, ad eam deſerendam.

Figura breuitatis Apoſiopeſis

Epig. ix. Expoſ.

## Ad Verāniū. EPIGR. IX.

Veranni omnibus e meis amicis
Antiſtes mihi millibus trecentis,
Veniſti ne domum ad tuos penates?
Fratreſq; unanimes? tuāq; matrem
Veniſti o mihi nuncij beati,
Viſam te īcolumem, audiāq; hiberū
Narrantem loca, facta, nationes,
Vt mos eſt tuus: applicanſq; collum
Iucundum, os, oculoſq; ſuauiabor.
O quantum eſt hominū beatiorum,
Quid me lætius eſt, beatius ue?

V erāni om- nib⁹ e meis amicis, cū nunciatū fuiſſet poetæ uerānium amicū incolumē ex Hiſpania do mum reuerſum gaudiū ſuū ex il lius incolumita te hoc endecaſyl labo declarat. Et quoniā moris eſt ut cum quadā ai hilaritate amicos peregre adueniētes li- cet p̄ſentes ipſos uideamus, tamē interro gemus utrū uenerint. Iō ēt Catullus ex hac cōſuetudine ex uerānio amico, quē li cet abſit, tamē ut p̄ſentē alloq̄tur, cum quodā gau- dio quærit, utrū reuerſus ſit, dein de gaudiū ſuū ex plicat. Ordo igiᵗ erit, O ueranni, Antiſtes. i. prin- ceps, uel ante ſtās ut alii legūt quod idem erit in ſenſu e meis om- nibus amicis, mi hi millibus trecē tis ueniſti ne domum ad tuos penates fratreſq; tuamq; matrem? ¶ Millibus trecētis, cum maximam ſibi amicorum copiam fuiſſe dicat maxima

eſt uerānii laus qui primū tamē in amicitia apud ipſum locū teneret. ¶ Ad tuos penates, ad tuā domū, licet penates ꝓprie dei dicantur per quos pœnitus ſpiramus de qbus Macro iū legito lib. ſaturnaliū iii. ¶ Fratreſq; unanimes, multi naq; ſunt fratres iter ſe diſſidētes, hinc Oui. fratrum quoq; gratia rara eſt. ¶ Sanāq; matrem, lego ex patris codice tuamq; matrem ſenſu clariſſimo, licet alii ſenem legere maluerint. ¶ Veniſti. hoc affirmatiue legēdum eſt, primo enim quæſiuit utrum uenerit deinde ipſum ueniſſe affirmat. ¶ O mihi nuntii beati, qui uidelicet reditum tuum nuntiarunt, et ecce gaudii declaratio ob amici aduentum. ¶ Viſam te incolumē. hæc omnia affirmatiue legēda cū quadam gaudii expreſſione. ¶ Audiamq;, ordo eſt, audiam te narrantē ut eſt mos tuus loca, hiberum, facta, nationes. ¶ Hiberum hoc. e. hiſpanorū, uel audiā te hiberum i. te ueluti hiberum et hiſpanum factum, hiberia naq; a flumine hibero dicta eſt hiſpania uniuerſa, ut Plinius lib. iii. ca. iii. rettulit, & ſtrabo lib. iii. affirmat ubi hiſpaniā omnē deſcribit. ¶ Vt mos eſt tuus, loca uidelicet & mores populorū, apud quos fuiſti cōmemorare poſtq; domū reuerſus fueris. ¶ Applicanſq; colum, ex multis ſenſibus docet ſe ſummā iocunditatem percepturū, ex uiſu, ex auditu, ex amplexu, ex oſculo, applico ex adiungo, & licet cum datiuo uel accuſatiuo cum ad ponatur tamē hoc loco ſine præpoſitione ratione carminis uti exiſtimo poſuit Catullus niſi ſit applicās colum. ſ. meū tuo. ¶ O quantum, ordo eſt. O qd lætius beatius ue eſt hominum quātum ſcilicet hominum eſt beatiorū, ex nimio. n. gaudio oſtendit ſe beatos oēs ſi in unū cogerētur beatitudine ſua ſuparē. huc. n. ſpectat ipſa exclamatio.

Hiberia. Appli co.

Epig. x. Expos.

Varus me meus ad ſuos amores elegāter poeta his endecaſyllabis narrat quō puellā uarri amicā ad quāa b ipſo uarro perductus ne intuitus eſt. ¶ Scortillum, a ſcorto ſcortillū, ut eius mos eſt diminutiuum fecit. i. meretriculā. ¶ Vt mihi tū repēte uiſum eſt ſicuti ex tēpore mihi uidebatur,

## De Varo & ſua amica. EPIG. X.

Varus me meus ad ſuos amores
Viſum duxerat e foro ocioſum.
Scortillū ut mihi tū repēte uiſum ē
Non ſane illepidū, nec iuenuſtum,
Huc ut uenimus, incidere nobis
Sermones uarij, in quib⁹ quid eſſet

fuerat i petitiōe ſeruorū quos e bitbinia aduexerat eluſerit. ¶ Ad ſuos amores, ad meretricē quā amabat. ſic. n. numero plurali amores ī honeſtos dicimus, lʒ differētia quādoq; nō ſeruetur. ¶ Viſum duxerat ad uidēdū. in hoc. n. uerbo motum iclūſum cōtra quorūdam grāmaticorum opinionem exiſtimo. Ter. uiſo qd agat Pamphilus. ¶ Vt mihi repente uiſum, & ex hoc quod dicit uiſum tacitā infert ſui excuſationem ſi ſeruos negauit quia ſecus ſuenit poſtq; fœminā he in quo conſiderando non magna uſus fueram diligentia, nec impenſe operam nauaueram. ¶ Huc ut uenimus poſtq; ad ſcortum acceſſimus. ¶ Sermones uarii, de uariis rebus. ¶ In quibus ſcilicet ſermonibus hæc fuere quæſita. ¶ Quid eſſet iam bitbynia quid, iam. ideſt tēporibus iſtis quaſi dicat an eēt nobilis prouincia ut olim, nā bithynia ut refert ſolinus ca. liii. in pōti exordio ad partē ſolis orientis aduerſa thraciæ opulēta ac diues urbium a fontibus ſangarii fluminis

Amores. Viſo. Bithynia.



primos fines habet ante bebrycia dicta dei de migdonia, mox a bithyno rege bithynia, de qua etiā ſtrabo Plura. li. xii. Pli. ca. ultimo. v. lib. cōmemorant. lētia perſtringit, q cū ad libidinē deteſtādā iuuenib⁹ romanis uteretur, nulla tamen illos munificētia ꝓſequebatur. ¶ Quib⁹. ſ. nobis q eramus de cohorte ꝑtoris, & hoc figurate dictū eſt, reſpicit naq; ſenſum ñ uerba, ꝑ cohortē. n. iuuenes intelligim⁹. ¶ Nec faceret pili. i. ꝑ ꝑtor parui faceret cohortē quā irrumabat. ideo nihil lucrari potuim⁹ irrumare. n. a ruma. ideſt amāma per ſimilitudinē

¶ ET QVOMODO ſe haberet uel ad diuitias uel ad ſitum hoc referendum eſt. ¶ Et quo nā mihi ꝓfuiſſet ære. quantū lucratus eſſē ex illa profectione. Illuc. n. memiū prætorē ſubſequutus fuerat, paternus codex habet quāto

Iam bithynia, quomodo ſe haberet,
Et quantum mihi profuiſſet ære,
Reſpondi iā qd erat, nihil, nec ipſi,
Nec prætoribus eſſe, nec cohorti
Cur quiſquā caput unctius referret,
Præſertim quibus eſſet irrumator
Prætor, nec faceret pili cohortem.
At certe tamen inquiunt, quod illic
Natum dicitur, ære comparaſti

Irrumare fellare

mihi eodē tamē ſenſu. ¶ Rñdi id quod erat ad quæſita uerum reſpōdi. ¶ Nihil nec ipſis. ſ. bithynis, melior tamen uidetur lectio paterna nihil nec ipſi, hoc ſenſu. i. nihil nec mihi ipſi, de ipō enim iterrogauerat ſcortum. ¶ Nec prætoribus eē. i. ipſi memio prætori, uſus eſt autem plurali ꝑ ſingulari. ¶ Nec cohorti prætoriæ. ſ. eſt enim prætoria cohors militum multitudo quæ ab īperatore non diſcedebat. Scipio enim aphrican⁹ primus fortiſſimum quēq; delegit qui ab eo in bello nō diſcederet, et certo militiæ munerī uacaret. ¶ Cur quiſq; caput uncti⁹ referret, uel ſenſus ſit, nullum illis lucrū fuiſſe unde lautius uiuere poſſent. nam qui lautius uiuebant ſæpe caput ungebāt. hic Oratius. Vngere ſi caules oleo meliore caputq; cæperis, uel caput accipiamus pro ſorte quā uulgo capitale dicimus, ut ſit ſenſus neminem inde locupletiorem reuerſum. ¶ Præſertim quaſi dicat, cum nobis abuteretur ad libidinem debebat ſaltem munera tradere. ¶ Præſertim quibus eſſet memiū prætorē tāq; irrumatorē carminis ſui amaru quādā eſt uirilia ad libidinē in os præbere, q uero recipit fellare dicit, ide fellator et irrumator fellatrix & irrumatrix, ordo eſt, rñdi qd erat, nec mihi, nec ꝑtoribus, nec cohorti eē cur quiſq; caput uncti⁹ referret &c. Alii uero ibi diſtingunt, nihil nec ipſi, nec ꝑtoribus, nec cohorti eē hoc eſt qd nihil æris cuiq; erat, poſtea accipiūtq;. ¶ Cur quiſq; ſint uerba iterū meretricis hoc ſenſu. ſi ꝑtor non fecit lucrū in ꝓuincia unde eſt qd eius fellatores ſint ita nitidi et habeāt caput ita unctū. q. d. hoc eſt ſignū qd mētiris, & qd ꝑtor illis donabat et hic cōſtat lucrū factū. ¶ Nec pilli facerēt cohortē, ipſi cinædi uidelicet nō parui facerēt cohortē et ſotios niſi ꝑtor illis munera dediſſet, & habuiſſet illos i deliciis. ¶ At certe tñ iquiūt, uerba ſunt q dicit meretrix Catullo, quorū hic eſt ſenſus, licet parū lucri ex ꝓuincia reportatis dicūt tñ, te ī illa emiſſe ſeruos lecticarios, ordo uero erit, At tñ certe cōparaſti ære homines ad lecticā qd illic natū dicitur, et illud iquiūt ueluti per parēteſim iterpoſitum eſt. i. ita aiunt, & fama cōis eſt.

Prætoria cohors. caput ungebant. caput

*Ad lecticam hoĩes. ego, ut puellæ*
*Vnum me facerem beatiorum,*
*Non inquã mihi tam fuit maligne,*
*Vt prouincia quod mala incidiſſet,*
*Nõ poſſem octo hoĩes parare rectos.*
*At mi nullus erat nec hic, neq; illic,*
*Fractum qui ueteris pedem grabati*
*In collo ſibi collocare poſſet.*
*Hic illa, ut decuit cinædiorem,*
*Quæſo inqt mihi mi Catulle, paulũ*
*Iſtos cõmodita, uolo ad ſerapin*
*Ferri mane. inquio puellæ.*
*Iſtud, qđ modo dixeram me habere,*

Gratus

¶HOMines ad lecticã ſeruos lecticarios dicit. ¶Quod illic natum dicitur quod. ſ. hoĩum. i. hoĩes illius loci indigenas, nã ibi ſerui ualẽtes eſſe ſolebãt, ſicut & in proxima cappadotia, uel quod. ſ. æs illic natũ dicitur, i. ex pecunia bithynica, ut nõ poſſis dicere te habuiſſe aliã pecuniã. ¶Ego ut puellæ ego ordo eſt, ut me puellæ facerẽ unum beatiorum. i. ditiorũ uel unũ. i. ſolum inter oẽs comites beatiorẽ. i. diuitẽ inq̃ dixi ꝙ prouintia mala incidiſſet. nõ tã mihi fuit maligne. i. ſine lucro ut nõ poſſem

Beat9

octo hoĩes pare rectos, Beatiorũ ditiorũ hinc Plau. in perſa, bonã mauolo me dici q̃ beatam, uolebã inquit a puella illa diues eſtimari. ¶ꝙ ĩq̃. ¶Prouitia mala. i. minime utilis uel male legat. ¶Parare emere. ¶Octo homines rectos ut ualentiores ſint ad onus ferẽdũ & inde a numero ſeruorum octophorõ lectica q̃ alias a minori numero hexaphoron appellatur. ¶At mi nullus erat, ex codice patris ſic corrigo, ut ſtet uerſus cũ prius .ſ. male legeretur. At mihi nullus erat, et eſt ſenſus q̃uis dicerẽ me emiſſe octo ſeruos ad lecticã tamẽ mentiebar, quia neq; hic neq; in bithynia ullum ſeruum habebã qui pedẽ unum lectuli poſſet attollere, narrat ſe tunc dixiſſe iſta uerba, ſed debemus itelligere quod tacite ſecum illa dixerit ne exaudiretur a puella. ¶Neq; hic domi, ¶Neq; illic in bithy-

Octophorõ
Hexaphorõ

nia, ¶Grabati ueteris, quia leuius eſt lignum ſi uetus fuerit, grabatus lectum ſignificat, & maxime paupis hominis, Virg. in moretto Mẽbra tollit ſenſim nilli demiſſa grabato. ¶Collocare in tergo. q. d. ne dum portarẽ. ¶Hic. i. tũ. ¶Illa. ſ. meretrix. ¶Inqt. ita ẽ ordo ut. ¶Decuit cinædiorem ſ. dicere. cinædiorẽ uero molliorẽ expone, laſciuiorem et pcatiorẽ et ſine pudore petentẽ, quales ſolent eẽ cinædi q̃ libidinẽ patiunt̃ hic Plautus i ſticho lepidã et ſuauem aliquã cãtionẽ occipito cinædicã. ¶Queſo mi Catulle cõmoda Paulum mihi iſtos ſcilicet ſeruos quos emiſti. ¶Iſtos cõmoda, Amphimacrus eſt pro dactylo. Pater tamen cõmodita abſq; nam legere maluit. ¶Volo ad Serapi. Serapis deus eſt ægiptiorum qui oſiris etiam dictus fuit, Martianus capella in oratione philologiæ ad ſolem. Te ſerapi- Nilus, memphis ueneratur oſirim, eſt. n. idem qui et ſol ſicut Macro. li. primo ſaturnalium docet, et Diodorus li. primo, & Euſebius de præparatione euangelica. De hoc deo Strabo etiam multa commemorat lib. xvii. dicit ergo nunc meretrix ſe uelle ad ſerapidis templum ire. ¶Ferri mane, duobus modis ex paterna emendatione carmen iſtud eodem tamen ſenſu legitur, ferri mane, mane inquio puellæ, & eſt ſenſus, uolo mane. i. cras mane ferri ad Serapim, nam mane qñ p̃am ptẽ diei ſigt p̃as hʒ ꝓductã. Virg. 2°. Georg.

Cinedus.

Serapis q oſiris.



Mane

georgi. Mane ſalutantum primis uomit ædibus undam, ſecundũ uero mane deſcendit a maneo manes & habet primam breuẽ. i. expecta. eſt. n. ſenſus, inquio. i. dico puellæ, mane ideſt expecta ut modus eſt loquendi expecta modicum quia errani in loquendo, ſerui enim non ſunt mei, ſed comitis mei cinnæ, aliter legitur. Me deferri, mane inquio puellæ, & idem erit ſenſus paucis, uerbis uel potius litteris mutatis, Qui uero legunt deferri mane, cum dicant ultimam in mane breuiari a poeta tanq̃ a tertia deſcendat coniugatione hi quid dicant ipſi uiderint. quis enim unq̃ maneonis tertiæ coniugationis uel audiuit, uel uidit, uel legit, apud auctores. Neq; idem fit in hoc uerbo, quod in caueo quod aliquando ſecundæ, aliquando uero tertiæ reperitur coniugationis. Oratius in epiſtolis uade, uale. Caue ne titubes mandataq; frangas; & Propertius. Tu caue ne triſti cupias pugnare puellæ, poſt inquio puellæ feneſtra, ſequitur in codice uetuſto, quæ nõ lucem ut cæteræ ſed obſcuritatem potius præſtat, ut in ſequẽtibus patet, quæ tamẽ aliquo modo remouebitur ſi hunc ordinem fecerimus.

maneo is. non dicit. caueo.

*Fugit me ratio, meus ſodalis*
*Cinna eſt Caius, is ſibi parauit.*
*Verum utrũ illius, an mei qd ad me?*
*Vtor tam bene, quã mihi paraſſem.*
*Sed tu inſulſa mala: & moleſta uiuis,*
*Per quam nõ licet eẽ negligentem.*

¶RATIO fugit me ideſt deceptus ſum, quod modo. i. paulo ante dixerã, me habere iſtud. i. iſtos ſeruos coemptos. ¶Meus ſodalis cinna eſt caius q̃ habet uidelicet ¶Is ſibi pauit emit ſeruos, cina ẽ caius, caius triſyllabum eſt, & eſt dactylus, ſi grauis legas uerſus non ſtat niſi ita acceperis nius quod non fiat colliſio & ſyllaba illa finali licet breuis tamen producatur niſi grauis legerimus. ¶Vtrum ille ſcilicet cinnæ. ¶An mei quid ad me? interrogatiue quaſi dicat nihil refert, & rationem ſubiungit. ¶Vtor tam bene quã mihi paraſſem. habeo inquit ſodalis ſeruos arbitrio meo utendos ac ſi proprio ære mihi comperaſſem. in ordine uero ſi ſubintelligitur. Sicut apud Iuuenalem Græculus eſuriens in cœlum iuſſeris ibit. i. ſi iuſſeris. ¶Sed tu inſulſa inſuauis. iniocunda. ¶Mala uitioſa. ¶Moleſta, nunq̃ ceſſas ſpoliare amatores. ¶Per quã non licet eſſe negligẽtẽ. in loquẽdo uidelicet, quia dũ indiligens ſum errani & tu tamen pro uero quod dixi accepiſti, cum ut ſeruos ipſos tibi commodarem rogaſti.

Caius triſyllabum

Si ſuſplet.

## AD FVRIVM ET AVRELIVM. EPIGRAM. XI.

## EPIGRAMMA. XI. EXPOS.

¶ FVRI Et Aureli comites Catulli, cum amicam p'uribus ad libidinē ſui copiam faciētem deſerere poeta ſtatuiſſet, Furium & Aurelium comites ſuos orat ut id illi nunciare uelint, Verſus ſapphicus eſt, tres primi æquales ſunt, cōſtātq; Trocheo, Spondeo, Dactylo, & duob⁹ trocheis. Quartus quiſq; Adonius eſt conſtans dactylo et ſpōdeo.

Saphic⁹ uerſus.
Adonius uerſus.

*Furi, & Aureli comites Catulli,*
*Siue in extremos penetrabit Indos,*
*Longe ubi littus reſonante eoa*
*Tunditur unda,*
*Siue in hircanos, arabaſq; molles*
*Seu ſacas, ſagittiferoſq; parthos.*

Ordo talis eſt Furi et Aureli comites Catulli parati ſimul tentare oia hæc, nunctiate pauca non bona dicta meæ puellæ. ¶ Comites Catulli ideſt comites mei de ſe loquitur in tertia perſona, ¶ Siue penetrabit, eſſetis īquit ipſi comites, etiam ſi ad extremas terras iter haberet, alii penetrarit legunt, ut de præterito intelligamus, ſed melius penetrabit quia inferius dicit tranſgredietur. ¶ Extremos indos, indi ſunt ultimi Aſiæ populi ad orientem ſiti, ab indo flumine denominati, de quibus Plinius libro ſexto capitulo decimoſeptimo, & Strabo libro decimo quinto, & Diodorus libro tertio capi. undecimo, & Solinus capi. ſexageſimo tertio, & alii multi dixere, Scribit Plinius libro trigeſimoſeptimo cap. decimo tertio. Indiam omnium terrarum maximam eſſe qua de cauſa etiam libro ſexto capitu. decimoſeptimo, dicit modos nunquā emigrauiſſe finibus ſuis, idcirco dixit poeta penetrarit ideſt ad interiores & intimas partes peruenerit.

indi populi. Indus flu.
India maxia

¶ Lōge ubi littu, ordo ſi penetrabit ad loca illa ubi littus longe tunditur unda eoa ideſt orientali reſonante, uel unda ſonante quia undarum ſtrepitu exauditur. ¶ Siue in hircanos, hircani ſcythiæ ſunt populi ad mare Caſpium a quorum littoribus hircanum mare eſt dictū ut Plinius docet libro ſexto capitulo decimoſexto, quod idem etiam Caſpium appellat, ut auctor eſt Strabo lib. xi. de quibus Solin⁹ ca. xxvi.

Hircāi
Hircanū mare qd & caſpium

¶ Arabaſq; molles, Arabia Regio eſt inter ſyriam & ægyptum ſita, uti Diodorus libro tertio capitulo decimotertio in eius deſcriptione commemorat, Solinus uero capitulo ſexageſimotertio ſic inquit, ultra peluſiacum Arabia eſt ad rubrum pertinens mare, quod repetit ēt Plinius libro quinto capitulo undecimo de qua plura etiam commemorat libro ſexto capitulo uigeſimoctauo, & Strabo libro decimoſexto. Molles uero appellat non effeminatos cum indomitos eos ſcribat Diodorus. Sed uel molles, quia calamo, myrrha, thure, coſto, caſſia, cinnamomo aliiſq; multis abundant odoribus, uel molles propter habitum dedicatum, intonſi uiuunt, mitrati degunt redimitu pari, barba abradit, ueſte ſubtili utūtur, quæ Bombicina appellatur, unde Propertius in ſecundo. Nec ſi qua arabio lucet bombice puella, uel quoniā ſunt ſub aere clementiori. Vnde Luca. emollit gētes clemētia cœli. ¶ Seu ſacas ſagittiferoſq; parthos, in hoc carmie in ſecūda ſede trocheum poſuit loco ſpondei, Quod ſi euitare uelimus coritbiferos legere poterimus. Coritbus enim primam & ſecundam producit ſyllabam, Virgilius libro decimo. Coritbiq; leues humeris & letifer arcus, inferius tamen pede etiam eodem abutitur, cum īquit, pauca nuntiate meæ pulleæ, ¶ Seu ſacas Scithas uniuerſos a perſis ſacas appellatos a proxima gēte auctor eſt Plinius libro ſexto capitulo decimoſeptimo, unde Sacas colligimus populos eſſe Scythis uicinos, de quibus apud Strabonem etiam libro undecimo habemus. ¶ Parthi populi ſunt Orientales, de quorū ſitu. Natura & moribus, plura cōmemorat Strabo lib. undecimo, et Plinius lib. ſexto capitulo uigeſimoquinto, & Iuſti. lib. quadrageſimoprimo. Mira utūtur ſagittandi arte adeo ut in bello fugam ſimulantes in equis uerſis ſagittis hoſtem feriant, inde a poeta dictum fidentemq; fuga parthum uerſiſq; ſagittis, & ab Oratio in ſecundo ſermonum, aut labentis æquo deſcribat uulnera parthi, hinc ſagittiferos appellauit Catullus.

arabia
arabes molles



Corithus
Sacæ.
Parthi
Parthi ſagittādi periti

*Siue qua ſeptemgeminus colorat*
*Aequora Nilus,*
*Siue trans altas gradietur alpes,*
*Cæſaris uiſens monumenta magni*

Nilus flu.
Nili hoſtia

¶ SIVE qua nilus ſeptēgemin⁹ colorat æquora, ægyptum intelligit in qua eſt nilus fluuius; q[ui] ſeptem hoſtiis in mare decurrit, quorum hæc ſunt nomia Peluſiacū, Tanaiticū, Mendeſium, Pathmeticum, Sebeniticū, Bolbiticum, Canopicum ſiue heracleoticum, de quibus Mella libro primo, hinc ſeptemgeminus a poeta dictus, ad cuius imitationem dixit & Virgilius libro ſexto. Et ſeptemgemini turbāt trepida hoſtia nili. ¶ Colorat, limo ſuo inficit. Vnde Virgilius. Et uiridem ægyptum nigra fœcūdat arena, de Nilo ſcribit plura Diodorus libro primo ſecūdo & tertio, & Plinius lib. quinto capitulo nono, Solinus item capi. quadrageſimoſecundo, & Strabo libro ultimo. ¶ Siue tranſaltas gradietur alpes. Alpes montes dicuntur altiſſimi lingua Gallica. alphon album ſignificat & ſic denominantur ex candore niuium ut plurimum exiſtētiū in eorum ſumitate diuidunt Italiam a Gallia. Incipiūt autem ut Strabo docet lib. quarto ex eiſdē locis e quibus apennini montes qui paulopoſt in eodem lib. ſic īquit apēninus quidē a Genua Alpes uero a Sabatiis initium capiunt, inter Genuā uero et Sabatias. cc ac. lxx. ſtadia interſunt, de alpibus etiam & gentibus alpinis legito Plinium libro tertio capitulo decimo nono, Pomponius tamen Mella a genua lyguriæ oppido' alpes initiū capere ſcribit. Sed de alpibus nos idcirco pauciora cōmemorauimus, quoniam Marius equicola uir apprime doctus, & D. Iſabellæ eſtenſis Mantuæ Principis laudatiſſimi nois mulieris a ſecretis fidiſſimus, Iter eiuſdem in Narbonēſem galliam de his quicquid dici pōt, tam docte quā diligenter enumerauit.

Alpes
Mari⁹ equicola
D. Iſabella eſtēſis Mantuæ Princeps

¶ Cæſaris uiſens monumenta magni. Monumētum a moneo dicitur, & quicquid nos monet monumentum id appellatur quodcunque illud fuerit. Virgilius quem candida dido eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris, & alibi manuum monumēta mearum, Hinc monumēta qu q; mortuorum ſe

Monumentū

┼ libello quē ppediē emiſſur⁹ ē deſcribens p'uribus,

pulchra appellamus, eo quod ad nos mortales eſſe & illos fuiſſe admonuerint. Hinc poeta noſter, monumenta Cæſaris in gallia intelligit ea omnia quæ nos ipſius uictoriæ monere poſſunt, ſicut ſigna, Statuas, Trophea, Vrbes dirutas et hmōi reliqua.

Gallicum rhenum, horribileſque, ulti
moſq; britannos.
Omnia hæc, quæcunq; feret uoluntas
Cœlitum, tentare ſimul parati,
Pauca nuntiate meæ puellæ
Non bona dicta,
Cum ſuis uiuat, ualeatq; mœchis,
Quos ſimul complexa tenet trecētos

rhenꝰ gallicus.

ĈGALLICum Rhenum. Rhenus fluuius ē ex alpibus ortū ducens & in Oceanum decidēs qui Galliam a Germāia ſeperat, de quo Plinius libro quarto cap. decimoquarto, et ſtrabo lib. quarto. Gallicum uero appellat ad differentiam, q̄a & in Italia in Bononienſi agro rhenus eſt fluuius in padum defluens. de quo Plinius lib. decimoſexto capitulo. trigeſimoſeptimo.

Rhenus. bononienſis

Copula poſt poſita

⁋ Horribiles & .i. & horribiles ratione nāq; carminis licentia poetica copula eſt poſtpoſita. ⁋ Vltimosq; britanos dictionem integram diuiſit ut partem unam Saphico alteram Adonio concederet carmini, quod lyricis concessum eſſe ex Seruii auctoritate nouimus.

Dictionis diuiſio.

Britania regio eſt in Oceano mari conſtituta ante Albion appellata, de qua Cæſar in quinto cōmenta. & Plinius lib. quarto cap. decimoſexto, et Strabo lib. quarto, et Solinus cap. trigeſimotertio, et Pomponius Mella lib. ultimo, & Diodorus lib. ſexto cap. octauo horribiles, uel hoc dicit quia herba quadam quæ glaſton dicitur corpora inficere ſolebant ut Plinius lib. uigeſimoſecūdo cap. primo, & Pomponius Mella meminere qui incultos etiam omnes eſſe dicit, uel quia ante Cæſarem intacti & inuicti bello fuerunt, ut Pomponius refert, de quibus ſic ſcribit Diodorus, Britania priſcis temporibus nullius aduenæ imperium experta. Neq; enim Dionyſium, neq; Herculem, neq; Heroa, aut ducem quempiā eos bello tentaſſe accepimus, hic & Ora. in odis. Viſam britanos hoſpitibus feros. ⁋ Vltimos ſunt enim in extrema parte inter Septentrionalem & Occidentalem plagam in oceano, ultra britaniam præter orcadas inſulas et Tylem terrarum ultimā nihil eſſe nouimus. Vnde dicitur, Et pœnitus toto diuiſos orbe britanos. ⁋ Omnia hæc ſuperius enumerata. ⁋ Quæcunq; cœl tum feret uoluntas, quæcūq; deis placuerint alii omnia hæc quæcūq; ideſt quaſcunq; ſupradictarum peregrinationum. ⁋ Voluntas cœlitum ferret mihi peragrandas uidelicet. ⁋ Nuntiate, nomine meo dicite, non bona dicta minime illi placitura. ⁋ Cum ſuis, hæc ſunt uerba quæ mandat poeta nuntiari puellæ ſuæ ⁋ Mœchis adulteris tenet trecentos, numerus eſt finitus pro infinito ſicuti etiā in ſequenti epigrammate, quare aut endecaſyllabos trecentos expecta, aliquando etiam ſexcentum dicimus, ut Donatus apud Terentium in phor. & Cicero ſexcenta poſſum decreta proferre, & Terentius ſexcentas potius tibi dicam dicas, græci uero ἑκατον ideſt centum ponunt finitum numerum pro infinito ut idem teſtatur Donatus.

Glaſtō herba.

Orcades inſulæ. Tyle.

Numerus finiꝰ p īfinito



Nullū amans uere, ſed idētidē oīum
Ilia rumpens:
Nec meum reſpectet ut ante amorē,
Qui illius culpa cecidit uelut prati
Vltimi flos prætereunte poſtquam
Tactus aratro eſt.

ĈNVLLVM Amans uere, hoc proprium eſt perditæ meretricis, neminem amare ſed tantiſper falſo ablandiri dum illis emunctis argentum lucrentur.

Identidem.

⁋ Identidem ſæpe, Suetonius in Domitiano, recuperatores ne ſe pſuaſoriis aſſertionibus accōmodarent identidem admonuit. Idem in Veſpaſiano, Dum eum idētidem per Contumeliam Annabulonē fratris appellat, & inferius dicet Catullus, qui ſedens aduerſus idētidem te ſpectat & audit, Cicero in ſomnio Scipionis, hæc ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem.

⁋ Omnium ilia rumpens. Neminem inquit uere amat, ſed omnibus utitur ad ſatiandum libidinis ſuæ indomitæ immoderatum appetitum.

⁋ Rumpens uero hoc dixit ex æmulatione dum unuſquiſq; putat alterum ſibi ante poni in amore, Virgilius inuidia rumpantur ut ilia Codro, uel quia omnibus dat & ilia libidine conſumuntur Ilia ut Plinius ſcribit libro undecimo appellantur arteriæ quædam inter ueſicam & aluum ad pubem tendentes, in ſingulari uero ſecundæ declinationis inuenitur, Plinius libro trigeſimo hoc & ilio medetur & tuſſi Veteri, inde ilioſi qui morbo illo laborant ideſt λαγονοπονοι. Sed identidē omnium, in hoc carmine ſyllaba una eſt ſuperflua quæ abiicitur ob uocalem priorem ſubſequentis carminis ut ſæpe fieri nouimus, ſic & in ſequenti carmine prati ultimos.

Ilia.

Ilioſi.

⁋ Nec meum reſpectet ut ante, poteſt etiam legi eodem ſenſu. Nec meum ſpectet uelut ante amorem, qui amor. ⁋ Cecidit elanguit. ⁋ Illius ſcilicet puellæ. ⁋ Culpa cum tot habeat mœchos. ⁋ Velut ultimus flos uel ultimi prati legitur, utrunq; ſtare poteſt, & in idem recurrit ſententia, & optima eſt comparatio, ab amore extincto ad languentem florem, quam mutuatus eſt Virgilius in nono. Purpureus ueluti cum
flos ſucciſus aratro langue
ſcit moriens. ⁋ Tactus
uel tractus ideſt
laceratus.

## IN MARVTINIVM ASINIVM. EPIGRAM. XII.

## EPIGRAMMA. XII. EXPOSITIO.

Marrucine Aſini manu ſiniſtra
Non belle uteris in ioco,atq; uino.
Tollis lintea negligentiorum,
Hoc ſalſum eſſe putas?fugit te iepte,
Quãuis ſordida res,& inuenuſta eſt.
Non credis mihi?crede pollioni
Fratri,qui tua furta uel talento
Mutari uelit,eſt enim leporum
Diſertus puer,ac facetiarum.
Quare aut endecaſyllabos trecentos
Expecta,aut mihi linteum remitte:
Quod me non mouet æſtimatione:
Verum eſt μνημόσυνον mei ſodalis,
Nam ſudaria ſætaba exhiberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et ueranius hæc amem neceſſe eſt,
Vt ueraniolum meum,& Fabullum.

m

Arrucine aſini, Marrucinum cognomento aſinium monet ut linteum quod ſibi inter cænandum furto ſubſtulerat, remittat, aliter ſe illum carminibus ſuis proſciſſurum minatur. Alii aſinium proprium nomen aſſerentes principium huius endecaſyllabi ſic legere maluerunt, iter cœnam aſini manu ſiniſtra. Et cætera, quo argumento ipſi uiderint, cum omnes codices ſecus habeant, Marrucine aſini, Marrucinum iſtum Aſinii polionis fratrem fuiße, ex eo patet, quod inferius dicet crede Polioni fratri. ¶ Manu ſiniſtra, qua ſcilicet lintea ſurripis. ¶ In uino atq; ioco, dum in conuiuio iocantes amici bibunt. ¶ Negligentiorum, eorum qui in rebus ſuis ſeruandis negligentes ſunt. ¶ Hoc ſalſum eße putas? tu credis inquit hoc eſſe hominis faceti, Sed deciperis, non eſt enim facetum ſed potius ſordidum res alienas furari, ſalſum a ſale. ¶ Fugit te inepte, tu ignoras hoc, tu deciperis, ſic abſolute dicitur non me fugit non me latet, non me præterit. ¶ Eſt res ſordida, & quantum uis inuenuſta, ſcilicet furari lintea & res etiam minimas. ¶ Non credis mihi? interrogatiue, & ſenſus eſt ſi non adhibes mihi fidem in hoc, quære ex fratre tuo. ¶ Qui furta tua uel talento mutari uelit, uel ſit ſenſus qui libenter ſolueret talentum & quod tu non laborares hoc uitio, uel qui iocoſe dixit ſe uelle talento ea quæ tu furatus fuiſti poſſe recuperare, melior tamen & uerior prima ſententia. ¶ Eſt enim leporum ac facetiarum diſertus pater, frater inquit tuus eſt auctor facetiarum. ¶ Eſt pater, modus eſt loquendi quo ſæpe utimur, ideſt inuentor. Licet alii puer legant quod non placet. ¶ Quare, concludit ergo & duplicem proponit conditionem cuius electionem aſinio relinquit, uel quod rem ttat linteum, uel quod ipſum endecaſyllabis lacerabit. ¶ Non mouet æſtimatione, ideſt pretio. ¶ Verum eſt μνημόσυνον uerbo græco uſus eſt quemadmodum ſolent poetæ latini ſæpius græca tanquam iocundiora intermiſere. Sicuti Quintilianus docet libro duodecimo μνημόσυνον. igitur memoriale dicit, Linteum enim dono datum fuerat Catullo a Fabullo & Veranio amico tanquam monumentum amoris. ¶ Sudaria Sethaba, ſudarium ſignificat linteum quo utimur ad ſudorem ex

Marrucinus aſini.

Verba græca iocundiora μνημόσυνον

Sudarium



tergendum ſicuti Naſitergium appellare poſſumus quo utimur ad naſum emungendum. Sethaba autem a loco dixit, eſt enim Sethabis urbs Hiſpaniæ ut Strabo libro tertio meminit, ubi telæ pulcherrimæ ex ſpartho lini genere conficiebantur, de quibus Silius, Sethabis & tellas arabum ſpreuiſſe ſuperbas.
¶ Ex biberis, ex Hiſpania, biberes enim populi Hiſpaniam habitarunt uti Plinius libro tertio capit. primo commemorat. ¶ Hæc amem, ſcilicet ſudaria, alii textus hoc habent & ad Linteum ſubreptum erit referendum. ¶ Vt ueraniolum, tanquam ipſos auctores muneris.

Naſitergiũ

Sethabis urbs

EPIGR. XIII.
EXPOS.

## AD FABVLLVM.
### EPIGR.XIII.

Cænabis bene mi Fabulle apud me
Paucis ſi tibi dii fauent diebus,
Si tecum attuleris bonã,atq; magnã
Cænam,non ſine candida puella:
Et uino,& ſale,& omnibus cachinis:
Hæc ſi inq̃ attuleris,fabulle noſter,
Cænabis bene:nam tu Catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.
Sed contra accipies meos amores.
Seu qd ſuauius,elegantius ue eſt,
Nã unguẽtũ dabo,quod meæ puellæ
Donarunt ueneres,cupidineſq;,
Qđ tu cum olfacies,deos rogabis,
Totũ ut te faciãt Fabulle naſum.

Cœnabis bene mi fabulle apud me, iocoſe fabullum ſodalem ad cœnã uocat, ita tamen ut quæ neceßaria ſunt apportet, præter unguentum enim ſe nihil aliud præbiturum oſtendit. Scribitur autem epigramma uerſu endecaſyllabo. ¶ Apud me domi meæ. ¶ Mi fabulle, mi blandientis eſt, alias inuidioſe rogitantis ut Donatus in Ecyra apud Terentium actu ſecundo notauit. ¶ Paucis ſi dei tibi fauent, ſenſus eſt ſi dei tibi paruo tempore ita fauebunt, ut lucrum facere & ea quæ in cœna neceſſaria ſunt emere, & empta tecum domum meam portare poſſis, ita poteris bene mecum cœnare, & ita iocoſe ipſum ad cœnam uocat, uel ſi dei fauent ne ante diem cœnæ aliquid aduerſi tibi accidat quod te impedire poſſit. ¶ Bonam, bene cõditam. ¶ Magnam, copioſam & opiperam. ¶ Non ſine candida puella, pulchra et elegãti, et nullũ deſit uoluptatis genus. ¶ Sale, facetiis uel egeſtatem ſuam indicans poeta fabullum admonet, ut ſalem pro condimentis ſecum afferat. ¶ Cachinis, Cachinus riſus ſolutus dicitur unde Cachinones. ¶ Venuſte noſter, in codice antiquo legitur fabulle noſter quod ualde placet. ¶ Plenus eſt ſacculus aranearum, crumena mea adeo eſt inanis, ut aranei araneas in ipſa fecerint, per ſacculum noluit loculos intelligere, in quibus nummi reponuntur, minime uero his aſſentior qui per ſacculum promptuariam cœlam intelligendam putant. ¶ Sed cõtra. i. uiciſſim. ¶ Accipies meos amores. i. amicã meam, qa ſuperius dixerat nõ ſine cãdida puella, ideo dicit ſi adduces tecũ puellã uiciſſim accipies tu quoq; meã, & ſi qd illa ſuauius aut elegãtius apud me eſt, uel expone accipies pro audies meos amores. i. audies carmina de amica mea compoſita, ut iocoſe hoc

Cachinus Cachinones

Vngu enta.

quoq; dictum ſit, ſi dabis mihi amicam tuam, ego uiciſſim dicam tibi meam. ¶ Seu quid ſuauius. ſ. amoribus meis eſt. ¶ Vnguentum dabo. Solebant enim antiquiores corpora unguentis ac uariis odoramentis perungere, De unguentis uero et unguentorum generibus legito Plinium libro. xiii. capi. i. ii. & iii. ¶ Donarunt ueneres cupidineſq; in cōmendationem & laudem unguenti quod pollicitus eſt, dicit illud amicæ a uenere & cupidine dono datum fuiſſe, Superius plures ueneres, plures etiam cupidines fuiſſe declarauimus. ¶ Totum faciant naſum. tanta enim olfaciendi uoluptate detineberis ut ſis optaturus totum corpus tuum ad illam conſequendam in naſum conuerti.

EPIGR. XIIII.
EXPOSITIO.

## AD CALVVM. EPIGRAM. XIIII.

Ni te plus oculis meis amarem
Iucundiſſime Calue, munere iſto
Odiſſem te odio uatiniano.
Nā qd feci ego? qd ue ſum locutus?
Cur me tot male perderes poetis?
Iſti dei mala multa dent clienti,
Qui tantum tibi miſit impiorum,
Quod ſi (ut ſuſpicor) hoc nouum, ac repertum
Munus dat tibi ſyllo litterator,

Calu⁹ orator

I te plus n oculis me is amarē, ſaturnalitiis diebus caluus orator, de quo Quintilianus & Plinius meminere, libellos peſſimorum poetarum quos muneri acceperat a cliente ſuo, ad Catullum loco Xenii dono miſerat, Catullus igitur endecaſyllabo tali munere dolet, libellos ipſos execratur. minaturq; ſe quoq; uices repoſiturum tanquam par pari ſit relaturus. ¶ Iocūdiſſime calue. Ego ita de oratore Caluo intelligendum duco, ut tamen non ignorem eiuſdem nōis quoq; poetā fuiſſe, Cuius & Oratius et Ouidius, & Propertius meminere, cum tamē extent qui eundem poetam & Oratorem fuiſſe cōtendunt. ¶ Munere iſto in contemptum, ſic Virgilius, Aut quid petis iſtis, & malorum poetarum carmina intelligit. ¶ Odio Vatiniano odio tali quali Cicero proſequutus eſt Vatinium in quem inuectus eſt oratione quæ adhuc extat ab illo habita coram Lutio Lentulo flamine Martiali iudice, in qua ſcelera et flagitia Vatinii enumerat. Alii tamē ad pverbium hoc redigentes. ita interpretātur. Vatinius in quem acerrime. Mar. Tul. inuectus eſt in tātum odium populi Romani peruenerat iam detectis illius flagitiis, ut in prouerbium ceſſerit odium Vatinianum. Poteſt & intelligi odium quo Vatinius in Ciceronem detinebatur. ¶ Nam quid feci ego? quid ue ſum loqutus? quaſi dicat nec factis nec uerbis te læſi. ¶ Cur me tot male, ita legēdum eſſe nō malis q̄a uerſus nō ſtaret primo pater poſt patrē deinde multi docuerunt. ¶ Miſit impiorū carminum. ſ. ¶ Si Syllo litterator. Syllo hoc loco nomē eſt ꝓprium cuiuſdam grāmatici qui cliens erat Calui, & dono illi uerſus miſerat, licet alii Sylla legere maluerint, quod nec probo nec damno, quod autem Syllones ſuperciliis prominentibus appellet Nonius Mar. notandum eſt apud illum non Syllones ſed Chilones legens

Vati nius.
Vati nianū odium
Syllo.
Syllones
Nonā locus.

dum eſſe.



dum eſſe cuius uerba hæc ſunt. Cilones ſuperciliis prominentibus dicti ſignificatione manifeſta, Licet Cilones apud feſtū aliud ſignificent, Nam Cilo ad ille inq̄t abſq; aſpiratione is dicitur cui frons eſt eminentior ac dextra ſiniſtraq; uelut reciſa uidetur, Chilo uero cum aſpiratione cognomento a magnitudine labiorum dicitur χεῖλος enim labrum dicitur. ¶ Litterator, litteratores appellatione antiqua grammatici & poętarum interpretes dicuntur. ¶ Nouum, nuper editum. ¶ Et repertum a ſe compoſitum quantum ad inuentionem.

Chilo
Lrato res.

Non eſt mi male, ſed bene, ac beate,
Quod nō diſpereunt tui labores:
Dū magni horribilē, & ſacrū libel-
Quē tu ſcilicet ad tuū catullū (lū,
Miſti, continuo ut die periret
Saturnalibus optimo dierum.
Non, non hoc tibi ſalſe ſic abibit:
Nam ſi luxerit, ad librariorum
Curram ſcrinia, cæſios, aquinos,
Suffenum, omnia colligam uenena:
Ac te his ſupplicijs remunerabor:
Vos hinc interea ualete: abite
Illuc, unde malū pedem attuliſtis,
Secli incōmoda peſſimi poetæ,

¶ NON eſt mi male, ſenſus eſt ſi Donatus eſt tibi a cliente tuo hic liber tamq̄ ab ipſo editus nō moleſte fero imo iocūdum eſt quod non perdis labores tuos quos ob Clientem defendendum ſuſcipis ironice autem loquitur quaſi. d. o dignum premiū. ¶ Tui labores, quos in illo defendendo ſuſcipis. ¶ Dei magni, per indignationem exclamat, tanq̄ liber omnino malus & execrabilis ſit uel ironice dictum accipiamus. ¶ Horribilem, hoc dicere uidetur quia erant carmina duriter compoſita & aſpera uerba. ¶ Et ſacrum execrandum. ¶ Quem tu miſti, pro miſiſti. ¶ Continuo quamprimum illum habuiſti ad me miſiſti quaſi dicat ante quam illum legeres. ¶ Vt die, ordo Saturnalibus die optimo dierum periret. ſ. ipſe Catullus legendo tam magnū & malum opus. ¶ Saturnalibus, ſaturnalia feſta erant quæ in honorem ſaturni menſe decembri celebrabantur. Quæ ut aliqui uolunt per unum, alii per tres, alii per quinq;, alii per ſeptem durabāt dies, Et Macrobius Latius dicit lib. primo Saturnaliū. Vnde eos ſecutus poeta qui ſaturnalium unum dicit durare uolūt dixiſſe uidetur ſaturnalibus die optimo, optimo uero dicit quia in his ſūmæ concedebatur licentia & tunc Serui libertatem conſequebantur. Loci huius meminit Macrobius libro ſecūdo Saturnalium ubi inquit, quia Saturnalibus optimo dierum ut ait Veronenſis poeta nō uoluptas nobis ut ſtoicis tāquam hoſtis repudianda eſt. ¶ Non, non hoc tibi ſic abibit, Duæ iſtæ negatiōes hoc loco magis negant ideo cum diſtinctione legendæ ſunt quaſi bis uerbi fiat repetitio, quia ſi in idem uerbum caderent affirmatiuam facerent. ¶ Non hoc tibi ſalſe o facete uel falſe legatur qui me fruſtratus es inani ſpe. ¶ Nam ſi luxerit, ſi dies & lux ſolis uenerit ueſpera enim erat cum munus hoc accepiſſet. ¶ Ad librariorum curram ſcrinia, Librarii ut Beatus Hieronymus declarat in epiſtola ad Nitiam Aquileiæ hippodiaconum, hi dicuntur qui libros exſcribunt. Scrinia uero Capſæ dicuntur in quibus li-

Seruorum libertas
Non- Non.
Satur nalia.
Librarii.
Scrinia.

bri tenentur ſeruaturq́3. Oratius in Ser. Ne me Criſpini Serinia lippi Compilaſſe putes. Verbum nō amplius addam. ¶ Currā, Vlciſcendi libidinem maximam uerbo hoc feſtinationis indicat. ¶ Ceſios, Aquinios ſuffenum. Nomina ſunt Malorū

Ceſi? poetarum illius temporis, quos ſe ad Caluum miſurum minatur. Ceſius poeta fuit

Aquinius cuius Cicero in quarto ad Herennium adducit uerſum, hunc tibi miſimus beli. Aquini meminit in Tuſculanis, ad ſuffenum inferius a poeta ſcribitur epigramma.

Suffenus ¶ Omnia uenena, appellat Venena malos peſſimorum poetarum libros. ¶ His ſuppliciis, his poetis malis qui tibi erunt loco ſupplicii dum ipſos leges.

Poetæ ¶ Vos hinc interea, apoſtrophat ſermonem ſuum ad ipſos malos libros eoſdemq́3 a ſe diſcedere iubet. ¶ Interea, Dum ueniet dices, & eſt ordo, uos o peſſimi poetę appoſitiue incommoda ſęcli ualete, abite hinc. Vnde attuliſtis malum pedem. ¶ Malum pedem, alludit quia uerſus pedibus conſtant. Sed mali ſunt poetæ ideo malum dixit pedem, Et ſic epigramma concludit, tres uero ſequentes uerſus ſi qui forte mearum. Et Cætera, Cū minime huic loco cōuenire pater meus animaduertiſſet, tanq́3 tranſpoſitos loco ſuo reſtituit, quo & ipſos nos interpretabimur.

EPIGRAMMA. XV.
EXPOSIT.

## Ad Aurelium. EPIG. XV.

Cōmēdo tibi me, ac meos amores
Aureli, ueniam peto pudentem,
Vt ſi quicquam animo tuo cupiſti,
Quod caſtum expeteres, & integellū
Conſerues puerum mihi pudice,
Non dico a populo, nihil ueremur
Iſtos, qui in platea mō huc, mō illuc
In re prætereunt ſua occupati,
Verum a te metuo, tuoq; pene

Commendo tibi me Aurelio ſodali puerum a ſe dilectum commendat, ita ut eundem pediconē Satyreo quoſdam morſu indicet, uerſus uero endecaſyllabus eſt. ¶ Commendo tibi me tanquam amator, uult innuere ſe totum dependere a puero dilecto, ideo amores ſuos, ideſt puerum commendās una cum illo ſe quoque commendat, quaſi dicat ſi ſeruaueris puerum ſeruabis etiam me ipſum. ¶ Veniam peto pudentem, cum pudore peto a te hoc beneficium ut conſerues puerum meum, uerecundabatur enim fateri ſe pueri amatorem eſſe. ¶ Vt ſi quicquam animo tuo, Senſus eſt ſi unquam deſideraſti aliquid caſtum & integrum in animo tuo. Ita rogo te ut nunc uelis pudice mihi puerum meum conſeruare. ¶ Et itegellum, integrum & incorruptum, ſed more ſuo diminutiuo uſus fuit. ¶ Non dico a populo, ecce poetæ morſus in amicū cum dicat, ſe non populum, ſed ipſum amicum timere, ne puerum corrumpat. ¶ In platea, dictio iſta apud græcos per ei ſcribitur πλατεῖα, unde abiecta, i, ſyllaba breuiatur quandoq; apud nos. ¶ Verum a te metuo, ne puerum uioles. Sic Terentius in andria metui a Chriſide. Vbi Donatus ponit hanc differentiam. Metuo illum qui mihi ipſi aliquid facturus eſt, Metuo ab illo. Cuius cauſa poſſum aliquid mali pati, etiam ſi in me nihil ipſe mali conſulat, Metuo tibi, ne aliquis noceat tibi. ¶ Tuoq; pene, penis Caudam

Platea
metuo te
metuo a te
metuo tibi
Penis



a pēdendo. Sed membrum uirile etiam ſignificat. Iuuenalis. Nouerunt mauri atq; indi quem pſaltria penem & alibi an facile & pronum eſt agere intra uiſcera penem.

¶ Laceſſas noſtrum caput, puerum quem diligo tanquam proprium caput. ¶ Ah, interiectio dolentis, commiſeratur namque amici futuram ſortem poeta, ſi hoc egerit. Ab

Inſeſto pueris bonis, maliſq;,
Quem tu, qualibet, ut libet, moueto
Quātum uis, ubi erit foris, paratum,
Hunc unum excipio, ut puto pudēter
Quod ſi te mala mens, furorq; uecors
In tātam impulerit ſceleſte culpam,
Vt noſtrum inſidiis caput laceſſas,
Ah non te miſerum, maliq; fati,
Quē attractis pedibus patēte porta,
Percurrēt raphaniq;, mugileſq;.

¶ IN feſto pueris bonis maliſq;, ideſt oībus pueris tam his qui ob formæ pulchritudinē apti ſunt q̄3 his qui ob deformitatem non ſunt ad libidinem idonei, ſicut ſuperius in ſexto, quare quicquid habes boni maliq; dic nobis. ¶ Quem, ſcilicet. ¶ Penē tu moueto, ex libidine. ¶ Qualibet, ſcilicet ratione. ¶ Vt lubet, hoc dicit quantum ad modum uel per quoſcūque locos, uel qualibet hora. ¶ Quantumuis, hoc quantum ad multitudinem quaſi dicat Crebro. ¶ Vbi erit foris paratum, ideſt quando habebis extra domum paratum cum quo libidinem exerceas. ¶ Hunc unum, ſcilicet puerum meum. ¶ Excipio, remoto hoc puero meo quem cum quadam uerecundia excipio uti exiſtimo. Exerceas libidinem cum quocunq; uolueris quaſi dicat Cæteros nō curo. ¶ Quod ſi te mala, Cōcluſio eſt Epigrammatis in qua mugiles & Raphanos Aurelio minatur. Si uim puero ſuo intulerit. ¶ Mala mens, amētia, Si ad tantam inſaniam deuenires.

Vecors ¶ Vecors, dicitur quaſi ſine corde furorem autem uecordem appellat ab effectu, quia amoris furor homines uecordes redit, in tantam culpam in tantum crimē ut uidelicet puerum corrumpas.

¶ Tum, pro tunc, ſi puerum uitiaris, quia pœnas dabis. ¶ Mali fati, infelicis fortunæ, uel facti logamus, ideſt ſceleris tui. ¶ Te miſerum, ſcilicet duo, quē Raphani & Mugiles percurrent patente porta, hæc enim erat adulterorum qui deprehenſi fuiſſent antiquitus pœna. Vt illis mugilem in anum intruderent & Raphanum, hinc Oratius penis hunc & mugilis intrat, & Iuuenalis quoſdam Mœchos & Mugilis intrat. Mugilis uero piſcis eſt de quo Plinius libro nono capitulo decimoſeptimo. ¶ Raphani, Raphanus dicitur quia ῥᾳδίως φαίνει, Cito enim poſt ſationem enaſcitur, ῥαφανῖδας ἐπαρχεῖ ait Ariſtophanes & Suidas. ¶ Attractis pedibus, per pedes attractum. ¶ Patente porta, uel aperto podice, uel aperta Ianua ut pertranſeuntes uidere poſſint in maius ipſius Aurelii dedecus.

Adulterorū pœnæ
Mugilis
raphanus

EPIGRAM. XVI.
EXPOS.

PAEDICABO ego uos excuſat carminum ſuorum laſciuiã, & iocoſe Aurelium et Furiũ. a quibus ſcripta ſua taxabantur pædicaturum minitatur, uerſus uero endecaſyllab⁹ eſt. ¶ Pædicabo pædicare uerbũ eſt obſcenũ, & cum maſculis libidinẽ exercere ſignificat. Quẽ Iulius firmicus præpoſterum appellat unde pædicones dicti, qui uero libidinẽ patiũtur pathici et cinædi dicunt̃ bi ἀπὸ τοῦ κινέω τὰ αἰδοῖα .i. moueo pudenda. Illi uero uel ab aoriſto ἔπαθον hui⁹ uerbi πάσχω .i. patior uel a uerbo latino patior, & ſic ſine aſpiratione ſcribēdũ erit.

Pædicare.
Pædicones.
pathici

¶ Ex meis uerſiculis uerſiculos appellat lyricos ſuos q. ſ. ga. ¶ Sunt molliculi laſciui. ¶ Caſtum ad corpus. ¶ Pium ad aium. ¶ Nam caſtũ decet ſenſus eſt. Cõueniẽs eſt poetã uita q̃dẽ et moribus caſtum eſſe, uerbis uero & carminibus laſciuũ & ĩpudicum fieri nõ magni refert, horum carminũ meminit Pl. libro iiii. epiſtolarũ ad paternũ ſcribẽs, & endecaſyllaborũ ſuorũ laſciuiã excuſans, ubi dicit ſcimus alioquin huius opuſculi, Illam eſſe ueriſſimam legem quã Catullus expreſſit.

Nã caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum uerſiculos nihil neceſſe eſt.

Eiuſdẽ ſententiæ fuit etiã Martialis qui inq̃t laſcina eſt nobis pagina uita p̃ba, & Ouidius lib. ii. de triſtibus.

Crede mihi diſtãt mores a carmine nr̃o
Vita uerecũda eſt, muſa iocoſa mea eſt,

Ad Aurelium. & Furium.
EPIGRAM. XVI.

Pædicabo ego uos, & irrumabo
Aureli pathice, & cinæde Furi,
Qui me ex uerſiculis meis putaſtis,
Quod ſunt molliculi parum pudicũ.
Nam caſtum eſſe decet pium poetã
Ipſum, uerſiculos nihil neceſſe eſt,
Qui tum denique hñt ſalẽ, ac leporẽ
Si ſunt molliculi: ac parũ pudici,
Et quod pruriat incitare poſſunt.
Non dico pueris, ſed his piloſis
Qui duros nequeunt mouere lũbos.
Vos qui millia multa baſiorum
Legiſtis, male me marem putaſtis,
Siqui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis, manuſq; ueſtras
Non horrebitis admouere nobis.
Pædicabo ego uos, & irrumabo.

¶ Verſiculos nihil neceſſe eſt .ſ. pios et caſtos eē. ¶ Tũ deniq; .i. tandẽ cognoſcuntur habere ſalem quãdo impudica tractant & pruritũ mouere poſſunt .q. uelit iferre q̃ neceſſe ſit ipſos impudicos eſſe. ¶ Habẽt ſalem nõ ſunt inſulſi. Nã ſalſum dictum eſt qđ non erit inſulſum, uelut quoddam ſimplex orationis cõdimẽtum qđ ſentitur latẽte iudicio & ueluti palatum excitat, ut Quintilianus ãit et in dicendo habet quiddam quod nobis faciat audiendi ſitim, animiq; ſolatia ſales appellãtur, ut inquit Pli. lib. xxxi. cap. vii. Omniſq; uitæ lepos & ſumma hilaritas, laborumq; requies nõ alio magis uocabulo cõſtat. ¶ Ac leporẽ. Voluptatẽ ſicut ſupra expoſuimus. ¶ Et poſſint, ſupplẽdum iterũ ſi, ut ſit ordo, Et ſi poſſunt incitare quod pruriat, ſenſus uero erit. ſi his uerbis compoſiti ſunt, ut uenerem mouere poſſint, pruritus enim dicitur cum mẽbrum tentigine erigitur. ¶ Nõ dico pueris quia facile per ætatẽ ad uenerẽ incitãtur. ¶ Sed his piloſis .i. ſenioribus

Salſum
Sales
Pruritus.



ſenioribus qui niſi cum difficultate arriguntur, alii hiſpidoſis legunt. Eodem ſenſu. Hiſpidum enim aſperum dicimus & horridum & ſetoſum. Virg. Cui laterum tenus hiſpida nantis frons hominem præfert. ¶ Nequeunt mouere lumbos, ſunt lumbi in corpore a Cinctura ad nates, a quibus Venereus liquor defluit, hinc illud eſt in Priapeis, Criſſabit tibi fluctuante lumbo, deficiente igitur ipſa materia aridi et duri fiunt lumbi, & ſic moueri ut prius non poſſunt. ¶ Vos q̃ millia. m. b. Epigrãma ad leſbiam de baſiis ſupra poſitum reſpicit. ¶ Male me marem, quia ab amica baſia tantum petii, putatis me non eſſe marem, & non poſſe Venerem exercere, Sed tantum oſculari, & poſt hæc uerba tres illi uerſus quos ſuperius in fine Epigram. xiiii. Tranſpoſitos diximus ſecũdum paternam correctionem ſequi debent. ¶ Si qui forte mearum ineptiarum, quorum eſt ſenſus, q̃ ſi fortaſis aliqui ineptiarũ quas carminibus ſuis inſeruit lectores erunt & uoluerint manus admouere & eas laceſſere. Eos iocoſe ſe prædicaturum & irrumaturum minitatur. ¶ Non horrebitis manus admouere, metaphorice ſi non dubitabitis, Carmina & laſciuias meas taxare uel ſenſus ita ſimul coniungatur. O uos qui legiſtis multa millia baſiorũ & ideo putaſtis me male eſſe marem .i. impotentem. Et o uos ſi qui forte eritis mearum ineptiarum lectores, & non horrebitis admouere manus ueſtras nobis .i. contra nos lacerandas materias carminum meorum. Irrumabo & pædicabo uos omnes ut Aurelium & Furium tanq̃ eiuſdem criminis reos.

Hiſpidum.
Lũbi.

EPIGR. XVII.

EXPOS.

Ad Coloniã. EPIGR. XVII.

O colonia quem cupis põte ledere longo,
Et ſalire paratũ hẽs, ſed uereris iepta
Crura põticuli, ſub hiſtot⁹ irrediuiu⁹

Colonia o quem cupis põte, Diuerſum eſt a p̃cedentibus carminis genus, qđ Angelicum a nuntii celeritate, heptametrum a numero pedum, Steſichorium a ſteſichoro inuentore nuncupatum, Ex duobus diuerſorum Verſuum comatibus cõpoſitum. Conſtat enim duobus trocheis duobus iambis, trochæo, dactylo & item trochæo, in primo tamen & ultimo ſpondeum recipit, hoc igitur carmine rogat poeta coloniam, ut ſtolidum quendam hominem qui uxorem ſeruare neſciebat, maleq; cum illa agebat de põte in cœnoſam paludem præcipitet, Alii metaphorice ſermonẽ iſtum dictum accipiunt qđ non probo, metaphora enim non uſq; quaque reſpondet. ¶ O colonia, quid ſit colonia & quid inter Coloniam et municipium interſit. Aul. Gellius lib. decimo ſexto ca. decimo tertio declarat, mihi aũt colonia nomen proprium cuiuſdam oppiduli non longe ab agro Veronenſi diſtantis. uidetur, qđ hodie corrupto tamen uocabulo uulgo Cologna appellatur. Et præſertim q̃a Verona illuc iter habentibus paludes latiſſimæ occurrunt, quæ in loco quodam coarctantur ubi ponte ligneo ſatis longo tranſitus patet, q nunc pons Zerbanus uocatur. Ordo autem eſt, o colonia habes paratũ quem cupis lædere & ſalire de ponte lõgo. Alii en ſalire legunt quod nõ improbo & erit ordo. O colonia en habes paratum ſalire de ponte longo quem cupis lædere. ¶ Sed uereris inepta, tu iepta.

Angelicum carmẽ Steſichoriũ
Colonia et Municipiũ.
Coloniaop.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Redi/uiuū. ¶ Vereris erura ponticuli times ne pōs cadat, & nō amplius reſiciatur. ¶ Crura columnas pontis. ¶ Ac ſub his. ſ. cruribus. ¶ Ne totus irrediuiuus ne pons ita corruat ut nō poſſit amplius renouari, nec reparari. rediuiuū enim eſt qđ mortuum ad uitam redire poteſt, & quod ex uetuſto renouatur, ut feſtus iq̄uit Seneca. iii. decla. rediuiuum me ſenem meretrix uocat, Iuuenalis. Prodiga non ſentit pereuntē fœmina cēſum, Ac uelut exhauſta rediuiuus pullulet arca Numus & e pleno ſemper tollatur aceruo, Irrediuiuus ergo irreparabilis. ¶ Cauaq; in palude. In palude cōcaua quæ ponti ſuberat, iaceat, & ibi marceſcat.

> Ne ſupin⁹ eat, cauaq; ī palude recūbat
> Sic bon⁹ tibi et ex tua pōs libidīe fiat,
> In quo uel ſaliſubſuli ſacra ſuſcipiātur
> Munus hoc mihi maximi da colo//
> nia riſus.

¶ SIC Bonus tibi & ex tua pōs libidine fiat uolēs munus ab oppido impetrare ex cōmuni loquēdi cōſuetudine bonū illi prius optat. Sic optatis, eſt Oratius ſic te diua pontes cipri.
Sic. ¶ Bonus hoc uidet dicere qa fortaſſis ſemp pons ille attritus & debilis erat, ſicut & hodie eſt. ¶ Et ex tua libidine ideſt ex tua uoluntate, ¶ In quo uel ſaliſubſuli ſacra ſuſcipiantur cum uerſus iſte corrupte legeretur adeo ut doctorū ingenia torqueret. Pater meus ipſum corruptiſſimum & pœne mortuum ſic uitæ reſtituit, cuius quidē ſenſus erit. ita bonus & ualidus fiat pons iſte tuus, ut in eo ſuſcipi poſſint ſacra martis, quæ ſaltando a ſaliis celebrabantur, ordo uero talis erit, in quo ſcilicet pōte uel ideſt etiam ſacra ſaliſubſuli ideſt martis ſuſcipiantur, Saliſubſulus enim uti in antiquorum monumentis reperi mars a ueteribus dictus eſt.
Sali/ſubſu/lus. Pacuuius in armorum iudicio, pro imperio ſaliſubſulus ſi noſtro excubet. ¶ Sacra, ſacra martis ita celebrabantur ut ancilia a ſaliis ſacerdotibus per urbem portarentur, ſunt autem ancilia ſcuta quæ in templo martis ſeruabantur.
ancilia Mos. Et quando mouendum erat bellum tūc conſul ea mouebat dicēs mars uigila. Inſtituit antē numa duodecim martis ſacerdotes qui ſalii dicti ſunt q̄ menſe martio ancilia tollentes per urbem cum tripudiis et ſaltationibus ibant gladiis breuibus ſcuta percutientes. unde Ouidius in tertio faſtorum iam dederat ſaliis a ſaltu nomina dicta, Dionyſius putat eos eē qui a græcis dicuntur Curetes a iuuenili ætate, nam κουρος iuuenis dicitur, A romanis uero a Continuo motu ſalii ſunt dicti. Inde etiam fortaſſis mars ipſe a ſaliendo & ſubſiliendo dictione compoſita, ſaliſubſulus dictus fuit, de Ancilibus uero & ſaliis plura habemus apud. T. Liui. libro primo. Apud Dionyſium halicarnaſeum libro ſecundo. Apud Plutarcum in numma. Apud Ouidium libro tertio faſtorum, & apud Feneſtellam. Si liber tamen, feneſtellæ de magiſtratibus antiquis cap. ſeptimo. Sunt tamen qui legant hoc carmen, in quo uel ſaliaribus ſacra ſuſcipiantur eodem ſenſu ſed diuerſo ordine, qui talis erit, in quo ſacra ſuſcipiantur uel ideſt etiam a ſaliaribus, priorem tamen lectionem magis probo. ¶ Munus maximi riſus. Quia plurimus nobis riſus erit. Si uidebimus hunc de pōte ruentem.



Muni/cipes. ¶ QENDAM Municipē hoc eſt munus qđ petit, q ſint municipes declarant & feſtus, & Au. Gel. li. xvi. ¶ Meum municipē ex eodē quo ego ſum municipio ac ſi Veronēſem diceret. ¶ Verū totius ut lacus ſed

> Quendā municipē meū de tuo uolo pōte
> Ire pcipitē in lutū per caputq; pedeſq;.
> Verum totius ut lacus putideq; paludis
> Liuidiſſima, maxiēq; eſt pfunda uorago.
> Inſulſiſſimus eſt hō, nec ſapit pueri iſtar
> Bimuli, tremula pr̄is dormiētis in ulna,
> Cui cū ſit uiridiſſimo nupta flore puella,
> Et puella tenellulo delicatior hædo
> Aſſeruāda nigerrimis diligentius uuis,
> Luder̄ hāc ſinit, ut lubet, nec pili facit uni
> Nec ſe ſubleuat ex ſua pte, ſ; uelut alnus

Vt pro ubi. uolo inqt cadat ubi lacus ē, et alta paludis uorago. ¶ Vt lac⁹ p ubi lacus: Vir. v. æne. labit̄ iſœlix cæſis ut forte iuuēcis, & Ora. lib. iii. Car. Vt cunq; mecū uos eritis libēs iſaniētē nauita boſphorū tētabo: Ter. in cyra mī̄ cōſequit̄ iā ut limē exirē, q uero dicūt hūc eē ſenſum hic iſulſiſſimus ita ac ſtolidiſſim⁹ eſt ſicut toti⁹ lacus et paludis ſordidiſſima eſt uorago, male inditio meo poetæ Elegātiā penſitaſſe uidētur.
Vora/go. ¶ Vorago pfunditas dicit̄ qa cadētia in illam nō emergāt ſed deuorari uideant̄. ¶ Nec ſapit pueri inſtar bimuli non habet plus ſapiētiæ quā puer duorū annorum, bimus enim duorū dicitur annorū īde bimulus p formā diminutiuā qua plurimū poeta gaudet. ¶ In ulna tremula. Solēt. n. matres cū iſantes iter ulnas tenēt ſe leniter cōcutere ut facilius illos cōſopire poſſint. ¶ Cui cū ſit uiridiſſimo cū locus iſte peruerſe legeret̄ ita fuit a patre reſtitut⁹ ſenſu clariſſimo. ¶ Viridiſſimo flore. iuuenilis. n. ætas ſolet floribus cōparari. hinc Terē. in Eun. anni ſexdecim flos ipſe. ¶ Et puella ſic legendū nō ut puella, poſſumus ēt legere ulpiella, ut nomē proprium ſit puellæ. ¶ Aſſeruāda nigerrimis hoc ita nōnulli exponunt tanq̄ referendū ſit ad uuas quæ uariis modis cōſeruātur uti Plinius lib. xv. cap. xvii. præcipit. Alii uero interpretantur quia maturæ uuæ magno ſunt in aeris diſcrimine. Sed qn̄ ea quæ aeris uicio corrūpuntur diligētia nr̄a ſeruari non poſſunt. Idcirco ego potius a poeta hoc dictū exiſtimo, quia uuæ qn̄ ſunt maturæ nigræ ſunt. & tūc maxīe cuſtodia egēt, ne a furibus auferātur. & iō maiorē diligētiā dicit adhibēdā eē ad puellā cōſeruādā q̄; adhiberi ſoleat in uuis cū iā maturæ ſunt cuſtodiēdis, ¶ Hāc ſinit ludere in re uenerea. ſ. ¶ Nec pili facit negligit ipſam. ¶ Nec pili facit uni pro unius. ¶ Nec ſe ſubleuat ex ſua pte ipſe pmittit illam moueri nec ſe mouet uiciſſim ſupra illā criſſantē, quēadmodū nec nauis in foſſa liguri mouet̄, q uero exponūt nec ſe ſubleuat nihil puidet, nihilq; cōſulit ſibi cōiugii oneribꝰ opſſo, mea qdē ſnīa poetæ ſenſum nō pcipiūt. ¶ Sed uelut alnus, ordo eſt ſed tantūdē oīa ſentiēs q̄ſi ulla ſit nuſq̄; iacet uelut alnus ī foſſa liguri ſeparata. i. iciſa a ſecuri. ¶ Velut alnus tanq̄; alnus arbor q̄ aquoſis maxīe gaudet locis ut Pli. li. xvi. ca. xix. docet, ſed qn̄ ē iciſa nō ampli⁹ ſe mouet, ſed iacet ī palude, & ſic magis pbo ut alnū pro arbor̄ q̄; p naui accipiam⁹, l; nō ignorē ex hac arbore maxīe naues fieri ſolitas. Vn̄ Vir. Tū primū fluuii alnos ſenſere cauatas. Et Luc. Et fluctibus aptior alnus. Alnus

¶ IN FOSSA Liguri, pleriq; exponunt in foſſa exiſtẽte in liguria parte illa Italiæ quæ inter uarrum & macram omnes continetur ab uno latere habens apeninum, Ex alio padum, cuius caput eſt Genua, cuius Strabo lib. quarto, & Plinius libro tertio cap. v. meminit, ſed quoniam neq; de foſſa aliqua in regione Liguſtica exiſtẽte neq; cur de illa præcipue loqut⁹ fuerit poeta conſtat, hinc aliqui coniungere maluerunt. ¶ Separata ſecuri liguri, ut ſit ſpecies pro genere, uel quia olim in lyguria optimæ ſecures fiebant, ſed quoniã diligentius cõſideraui ſpeciem pro genere niſi ob aliquã excellentiam poni ſicut apud Virgi. libro. i. geor. Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta, & nullibi legi ꝙ in lyguria olim optimæ fierent ſecures, ideo uel de hoc loco magis quærẽdum exiſtimo, uel ita interpretandum ut lyguri nomẽ ſit proprium alicuius foſſæ uel in agro Veronenſi uel Colonienſi ſitæ, quæ præſertim poetæ cognita eſſet. ¶ Separata ſecuri diuiſa a radicibus cum bipenni, immobilitatem hominis coeunti oſtendens cõparat eum uni arbori quæ inciſa corruat in foſſam, & exiſtimo lygurem eẽ locum nobis ignotum in agro Veronenſi ut dixi & ſequtus parentem & codices oẽs manu ſcriptos ita legẽdum duxi his profecto alioquin aſſenſurus qui expernata uel ſupernata hoc eſt auulſa & diuiſa ex quibuſdam antiquis ueſtigiis caſtigare laborarunt, niſi ſyllabæ et carminis ratio quæ præcipue in uerſibus cõſideranda eſt repugnaret. Quemadmodum eadem ratione nec eos probo qui ſupinata correxerũt cum prima in hac dictione breuis ſit ſyllaba, ſicut apud Virgiliũ lib. ſecundo georg. patet, ante ſupinatas aquiloni oſtẽdere glebas. ¶ Tãtundẽ tantũ ſentiens quaſi dicat nihil ſentiens pœnitus, æque ac non coiret. ¶ Ulla ſit quaſi nuſq̃; .i. aliq̃ puella nuſq̃; ſit ac ſi nullã in amplexu puellã haberet. ¶ Iſte meus ſtupor, iſte homo ſtupidus ſic Terẽ. ubi illic eſt ſcelus qui me perdidit ideſt. Ille homo ſceleratus. ¶ Nil uidet ſic legendum nõ autem nihil quia uerſus non ſtaret, ꝙ autem dicit nil audit, nil uidet, hoc ad illud referendum eſt quia ſtupor latinæ dicitur quæ a græcis ἀποπληξία in apoplexiis autem totum corpus ſenſu priuatur ac motu, ut phyſici, & Galenus maxime inquiunt. Solus reſtat anhelitus qui ſi & ipſe prohibeatur maxima eſt & acutiſſima apoplexia. Si uero reciprocatio adſit q̃dẽ ſed magna ui fortis uehemẽsq; ſit ſtupor, tamẽ ſtupidos ſenſu carẽtes, quos iſenſatos dicimus, ſolemus appellare. Scribit Auicẽna membrũ ſtupidum aut paraliticum diu quidẽ ſenſu carere aut motu quod fieri poteſt diuerſis de cauſis ſubſiſtente tamen interim uita. Cum

Lyguriæ. Genua

Spẽs ꝓ genere quãdo

Supinata.

ſtupor

ἀποπληξία

Stupidi.

Veternum.

*In foſſa lyguri iacet ſeparata ſecuri.*
*Tãtũdẽ oĩa ſentiẽs, ulla ſit quaſi nuſq̃*
*Talis iſte meus ſtupor nil uidet, nihil audit,*
*Ipſe q̃ ſit: utrum ſit, an nõ ſit, id quoque neſcit:*
*Nũc eũ uolo de tuo põte mittere ꝓnũ*
*Si põt olidũ repẽte excitare ueternũ*
*Et ſupinum animum in graui derelinquere cœno,*
*Ferream ut ſoleam tenaci in uoragine mula.*



uita. Cũ pars intermortua nec ſenſu poleat nec motu. ¶ Ipſe q̃ ſit, utrũ ſit, duo dicit & ꝙ ignorat utrũ ſit nec ne, & quis ipſe ſit. ¶ Si põt olidum repente excitare ueternũ, Veternum ut inqͭ Ser. lib. primo Georg. dicitur morbus intercus, ideſt ὑδερικὸς qui hoĩes efficit pigros. Feſtus Põp. idẽ quoq; aſſerere uidetur dicens, Veternoſus dicitur qui graui præmitur ſomno. Cato hydropicũ intelligi uoluit, cũ ait ueternoſus cũ plurimũ bibit tã maxime ſitit, Nam idem Ouidius in faſtis de hydrope dicit. quo plus ſunt potæ, plus ſitiũtur aquæ, Sic etiã exponit Donatus i eunucho, Veternoſus. i. Veterno cõfectus quales ſunt qui hydropẽ patiũtur. Probus uero in primũ Georg. inqͭ ueternũ grauẽ ſomnũ intelligi uolũt ſpectãtem ad interitum quẽ medici lethargicum uocant, eſt enim lethargicus morbus dictus quia λήθη dicitur obliuio & ἀργὸς ociosus, quãdo homo oĩum oblitus frequẽter dormit de quo morbo Cor. Celſus diffuſius li. iii. ca. xx. & Quintus Serenus poeta de morbis, hoc morbo laborauit Gallicus urbis cuſtos, unde de ipſo liberato Syluã ẽ apud Statiũ lib. i. Cuius titulus eſt ſoteria, quoniã igitur hic morbus hoĩes pigros facit & ad negotia inutiles. ideo ꝓ pigritia & deſidia & ignauia quadã poſitũ hoc loco exiſtimo, ſicut & apud Virg. lib. i. georg. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno, quoniã hoĩem in re uenerea lentũ & lãguidum mordere intendit. ¶ Olidũ, aũt q̃dam ad Veternum referẽtes fœtidũ interpretãtur, ab effectu dicẽtes ꝙ fœtor, ex imobilitate & pigritia maxĩe generatur. Ideoq; Alæ maxime in corpore noſtro male olent, ꝙ immobiles inexercitatæq; habẽtur, ſicuti in q̃õnibus Ariſt. docuit particula decima. q̃õ. xxi. Ego uero potius ad hoĩem referendũ duco. i. ignauia q̃ eſt in illo fœtido hoĩe. ¶ Repẽte excitare. q. d. Ideo uolo eum ꝑcipitare, ut experiar ſi ꝑcipitatus perſeueret in ſua pigritia nihil de ꝓpria ſalute curans. ¶ Et ſupinũ. i. negligẽtem & ſegnem. ¶ Ferreã ut ſoleã, quẽadmodũ mula inextricabili cœno depræhenſa quãdoq; ferream ſoleam in illo relinquere conſueuit. ¶ Soleam, ferrum quo mula calciatur appellauit.

Veternum

Lethargicus morb⁹

gallic⁹ urbis cuſtos

Alæ cur male olẽãt

EPIG. XVIII. EXPOS.

## Ad Aurelium. EPIG. XVIII.

Aureli pater Eſuritionum, Verſus hic endecaſyllabus eſt, Aurelio ſuperius epigrãmate. xv. Amores ſuos cõmẽdauerat, unde cum Aurelius fidem nõ ſeruaſſet, immo oĩ conatu ui ipſius puero iſerre tẽtaſſet, Cõtumelioſe hoc epigrãmate in ipſum inuehitur poeta, Irrumationeq; minitatur. ¶ Pater eſuritionum, Ex loquẽdi conſuetudine pater eſuritionum hoc loco dicitur ſicut ſuperius in. xii. pater facetiarũ, eſuritio aũt dicit fames & edẽdi auiditas. ¶ Non harũ mõ q̃ in te nunc reperiũtur ¶ Meos amores

Eſuritio.

*Aureli pater eſuritionum,*
*Nõ harũ modo, ſed quot aut fuerunt,*
*Aut ſunt, aut aliis erunt in annis,*
*Pædicare cupis meos amores,*
*Nec clam, nam ſimul & iocaris una,*
*Hærens ad latus omnia experiris*
*Fruſtra, nam inſidias mihi iſtruẽtem*
*Tangam te prius irrumatione,*
*At qui ſi id faceres ſatur, tacerem:*
*Nunc ipſum id doleo, quod eſurire*
*Meus iam puer, & ſitire diſcet.*
*Quare deſine, dum licet pudico,*
*Nec finẽ facies, niſi irrumatus.*

ꝑuerū fidei tuæ cōmiſſum. Nec clā, nō latēter. imo apette. Nā ſimul & ioca ris, declarat quo mō non clā hoc faciat. Simul & una, ad maiorē uim oſtēdēdi ꝙ clā nō agat. Oia expiris, ut poſſis illi uim iferre. Nā iſidias mihi, ordo nā tāgā prius irrumatiōe te iſtructē mihi iſidias. Atq; ſed. Si faceres ſatur tacerē. q. d. ſi nō eēs famelicus hērem te excuſatū, qa hoc poſſet ex amore fieri a te et nō ex uitio. Sed cū exurias cōtinue, nō potes niſi ex uitio libidini uacare, & ita extremā egeſtatem Aurelio obiicit tanq̄ ſemper ſit famelicus. Quod exurire meus iam puer ſitire diſcet, ex cōſuetudine tua ipſe quoq; famelicus & ſitibūdus fiet, et per cōſequens deformis, Ita aūt uerba iſta emēdāda pater mōſtrauit cū prius nemeus puer nullo pene ſenſu legeretur. Quare deſine, parare iſidias & ſic cōcludit. Dū licet pudico. i. nōdū a me irrumato, Nec finē facies niſi irrumatus, q̄uis te moneā nō tamē ceſſabis niſi irrumatus. i. primo q̄ te irrumauero, ſic finem poſtea facies.

EPIGR. XIX. Expoſ.

Ad Var. EPIG. XIX.

Suffenus iſte Vare, quē ꝓbe noſti,
Hō eſt uenuſtus, & dicax, & urbanus,
Idemq; longe plurimos facit uerſus,
Puto eſſe ego illi millia aut decem,
aut plura.
Perſcripta, nec ſic, ut fit in palipſeſto
Relata chartæ regiæ noui libri.
Noui umbilici, lora rubra, mēbrana
Diſecta plūbo, & pumice oia æquata
Hic cū legit, tū bellus ille, et urbanus

Suffenus iſte uarre. Ad Varrū ſcribit & ſuffenū de quo etiā ſuperius in xiiii. Taxat, qui cū inerudite poemata ſcriberet, ſe tamē optimum arbitrabaꝰ poetā. Epigrāma uero iābico trimetro ſcribitur.

Vrbanus

Homo eſt uenuſtus & dicax & urbanus, Quint. li. yiii. ca. de ornatu dicit ꝙ urbanū Cicero nouū credidit. Nā in epiſtola ad Appiū pulchrū ſic iqt te hominē nō ſolū ſapiētē uerūetiā ut nūc loqmur urbanū, idē lib. yi. in capite de riſu qd ſit urbanitas docet, ubi etiā qd dicacitas & uenuſtas explicat, urbanitas igitur dicit quā qdē ſignificari uideo ſermonē ꝓferētē in uerbis et ſono et uſu propriū quēdā guſtū urbis, & ſumptā ex cōuerſatione doctorū tacitā eruditionē, cui cōtraria ſit ruſticitas, Venuſtum uero id dicitur qd cū gratia quadā & uenere dictū apparet. Dicacitas ſine dubio a dicendo, quæ eſt oi generi cōmune

Vrbanitas

Ruſticitas

Venuſtum

Dicacitas

ducta eſt ꝓprie aūt ſigñat ſermonem cum riſu aliquos iceſſentem. Ideo Demoſthenē urbanū fuiſſe dicūt dicacē negāt. Ironice uero de ſuffeno hæc dicta ſunt oia. Longe plurimos, ualde plurimos. Aut decē, ſuple millia.

Demoſthenes urbanus.

Aut plura, decē millibus. Nec i palimpſeſto, dictione græca charta dicitur quæ deraſis prioribus litteris reſcripta eſt, quæ ē cæteris uilior, Cic. Trebatio, nā ꝙ in palipſeſto, laudo parſimoniam ſed miror qd in illa chartula delere malueris q̄ hæc ſcribere. Vt fit, ſicut eſt poetarū cōſuetudo, quādo primū carmina cōponūt ut in uiliori charta ſcribāt. Eadē emēdata in nobiliori poſtea reſcripturi. Chartæ regiæ, Sciēdū eſt eas chartas regias a Catullo nūcupari quæ & pgamenæ a loco phrygiæ, & membranæ a mēbris aialiū quæ ipſis contegūtur, dictæ ſunt, regiæ uero appellantur qa ab eumenæ rege pergameno re-

Palimpſeſtos

Regia charta

Pergamena

Mēbrana

Eumenes rex



pertæ fuerūt, cū pp emulationē circa bibliothecas Ptholomeus chartas ſupprimeret uti Pli. li. xiii. ca. xi. refert. Noui libri. liber ps corticis iterior q̄ ligno adhæret dicit, uñ delibrare pro eo qd eſt corticē detrahere, ante uſum chartæ ſolebant in qbuſdā arborū libris. i. corticibus ſcriptitare, unde & libri ipſi dicti fuerūt. Vt B. Hiero. in epiſt. ad Niceā aqleiæ hippod. retulit. Noui umbilici, ornamēta ſūt librorū qñ ligātur ut bullæ ad ſimilitudinē lapillorū q in littore loti & politi reperiunt, Cice. in. ii. de Oratore. Sed tū ita ſolet narrare ſæuola cōchas eos & umbilicos ad Caietā & liternū legere cōſueſſe. Lora rubra, uincula coloris rubicūdi. Mēbrana deſecta plūbo, ſicut ſolet lineis notari in qbus ſcribat, uel directa, aliī exponūt deſecta plūbo. i. uirgata colore plumbeo. Et pumice oia æquata, libros pumicibus expoliri ſupius declarauimus in prio. Hic cū legit quādo ipſe carmina ſua legit. Tum bellus ille, uidetur tunc cōmodus & eruditus poeta.

Liber

Delibrare

Vmbilici

Suffenus un⁹ caprimulgus, aut foſſor
Rurſus uidet, tm̄ abhorret, ac nutat.
Hoc qui putemus eſſe? qui mō ſcurra,
Aut ſiquid hac re triſtius uidebatur,
Idem infaceto eſt infacetior rure:
Simul poemata attigit: neq; idē unq̄
Aeque eſt beatus: ac poema cū ſcribit
Tā gaudet in ſe, tāq; ſe ipſe miratur,
Nimirū idē oēs fallimur, neq; ē q̄ſq̄
Quē nō in aliqua re uidere ſuffenum
Poſſis, ſuus cuiq; attributus eſt error.
Sed nō uidemus mātice qd itergo eſt

VNVS Caprimulgus aut foſſor rurſus uī' q. d. cum ab aliis eius ſcripta legūtur. uī' un⁹ æpolus aut ruſticus q terrā fodit caprimulgus, æpolus q capras mulget, uel caprimulgus ſuffenū appellat, tanquā aliorū carmia ſufurātē, nā caprimulgus auis ē q̄ ut Pli. li. x. c. xl. inqt gradiores merulæ appellantur aſpectu fures nocturni, interdiu enim uiſu carēt itrāt paſtorū ſtabula caprarūq; uberibus aduolāt ſuccū ꝓpter lactis. Foſſor qa ſicut q terram fodit de uno loco ad aliū trāſponit ita ēt hic. Tātū abborret, ab eo qd pri⁹ ſcripſit Et mutat, pri⁹. n. ſcribebat tāq̄ nūq̄ mutaturus alii tñ codices hñt. Hæc cū legas. Vt ſit modus loquēdi in tertia perſona. i. quotiēſcūq; aliqs eius carmina legit, tū ille bellus & urbanus. i. ille quē prius bellū & Vrbanū exiſtimabat uidetur unus caprimulgus & foſſor. Rurſus, ecōtrario ſic Virg. Rurſum

Caprimulgus

Rurſus.

Errodes trūci reſecātur. Tātū abhorret. Vſque adeo cōtrariū ei⁹ quod exiſtimabamus apparet. Ac mutat. Ea uidelicet ob q̄ tenetur caprimulgus. Hoc qd putemus eē. cur inqt hoc debem⁹ exiſtimare a ſuffeno fieri, et ſubiungit qa licet ſe Vrbanū ꝓfiteat & uenuſtū, ruſticus tñ & ſcurra eſt, et ſi qd illo prius dici pōt, & minime ad ſcribēda carmina Idoneus quāuis tñ ſibiipſi beatus uideat cū uerſus ſcribit et ſic ironiā apperit. Qui mō ſcurra, ſcurræ illi ꝓprie dicūtur q nō habita cura ſuæ aut alienæ dignitatis in ſermōe iocis & laſciuis uerbis alios laceſſunt riſus mouēdi gr̄a, unde quaſi ſine cura ſcurra dictū uidetur, eſto aliī ἀπὸ τοῦ σκιρ[illegible] quod eſt laſciuio deriuēt, uel ſcurra q̄ſi ſculna a ſequēdo eo ꝙ aliena cōuiuia ſequatur. Et ſi qd hac re triſtius. ſi pōt eſſe peius aliquod hoium genus, nā ſcurræ perditiſſimis magis perditi homines

Scurræ.

erant. de qui us Plautus in trinũmo. nihil eſt profecto ſtultius, neq; ſtolidius, nec ꝙ mẽdaciloquius neque argutum magis, neque confidentiloquius, neq; periurius ꝗ Vrbani aſſidui ciues quos ſcurras uocant. ¶ Idem eſt in faceto. quaſi dicat. Idẽ pœne ruſticus eſt. facetũ. n. ſicut Quinti. li. vi. exponit nõ tantũ circa ridicularia cõſiſtit, neq; . n. diceret Ora. facetũ Catonis genus natura cõceſſum eẽ Virgilio decoris hãc magis & excultæ cuiuſdã elegãtiæ appellationẽ putat. ¶ Simul poemata attigit, cũ aduerſus cõponẽdos accedit. ¶ Neq; idem unq̃ neq; ullo tempore

Gaudiũ taciturnum. tam fœlix uidetur & æque ſe beatum exiſtimat, ꝙ cum carmina ſcribit. ¶ Tam gaudet in ſe hoc eſt tacitus ſibi gaudet quod maius eſſe gaudium ſolet. Ter. Tacita ut gaudeas. Virgilius latonæ tacitam pertentant gaudia mẽtem. ¶ Miratur, extollit & laudat ſcripta ſua. ¶ Nimirum idem omnes concludit, ex ſuffeni errore, ꝙ omnes eodem modo in rebus noſtris decipimur. ¶ Idem eodem modo, neutrum eſt. ¶ Videre ſuffenum, ſimilem ſuffeni ineptum & inurbanũ. ¶ In aliqua re qa ſicut ille circa carmina ſua, ita alii quoq; circa alias res falluntur. ¶ Suus cuiq; attributus ſic Propertius, unicuiq; dedit Vitium noſtra creato. & Oratius, Nam uitiis nemo ſine naſcimur. ¶ Sed non uidemus manticæ. Videmus quidem uitia ami-

Mãtica corum ſed non conſideramus noſtra, Mantica pecuniarũ receptaculum eſt ut Aſconius docet, ſed propera quãdoq; ponitur, ut Porphyrio retulit, æſopus Apollogorũ ſcriptor, ut Cornutus apud Perſium etiam meminit, dicebat unumquẽq; hominem

Apologus de manticis. duas manticas ferre & uitiis plenas, & in ea quæ ante pectus eſt Aliena uitia, in ea uero quæ a tergo noſtra, eoq; euenit ut aliena potius uitia quæ noſtra uideamus hinc Perſius Saty. v. Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo, ſed præcedẽti ſpectatur mantica tergo. & Ora. in ſermonibus, reſpicere ignoto diſcet pendẽtia tergo.

EPIGRA. XX.

EXPOSITIO.

## AD FVRIVM.

## EPIGRA. XX.

Furi cui neq; ſeruus eſt, neq; arca,
Nec cimex, neq; araneus, neq; ignis,
Verum eſt & pater, et nouerca, quorum
Dentes uel ſilicem comeſſe poſſunt:
Eſt pulchre tibi cum tuo parente,

FVri cui neq; ſeruus nec arca hoc endecaſyllabo iocoſe admodum egeſtatẽ furio obiicit poeta, ob amoris æmulationẽ, ſicuti in ſequẽti patet Epigramma.

Arca ¶ Furi ordo ab inferiori pendet, furi eſt pulchre tibi cum tuo parente.

Arculus deus ¶ Nec arca. Arca. capſula eſt pecuniarum ab arcendo fures dicta. Vnde & Arculum deum eadem de cauſa dictum coluere antiquiores.

cimex aranea aranea ¶ Nec cimex, nec araneus. Cimex uermis eſt fœtidus lectos maxime infeſtans, araneus animal eſt, Aranea uero eius tela licet differentia confundatur Argutus ſane ſenſus poetæ. Volens oſtendere Furium neq; domum, neq; lectum habere iocoſe dicit eum carere & araneis & cimice quaſi dicat tu cares iſtis moleſtiis, nec his aſſentior qui cimicem pro lecto poſitum arbitrãtur ut ſit contentum pro cõtinẽti, nec Martialis ꝓ lecto cimicem poſuit in eo carmine. Nec toga, nec focus, nec tritus cimice lectus, cum



aperte lectum nominet. ¶ Neq; cimex, quia lectum non habet. ¶ Neq; araneus quia domum non habet, ¶ Neq; ignis, tanta eſt inopia ut non habeat unde coquat

Nouerca. obſonia. ¶ Nouerca, dicitur noua uxor a patre genitis iam filiis ſuperinducta unde relationem ad priuignum habet. ¶ Vel ſilicem etiam lapidem duriſſimum.

Priuignus. hoc autem dicit uel qa magnos habebant dentes, uel ꝙ magis probo, cum in ſumma eſſent egeſtate ſemper faméſcebant.

Et cum coniuge lignea parentis.
Nec mirum, bene nam ualetis omnes
Pulchre concoquitis, nihil timetis,
Non incendia, nõ graueis ruinas,
Non facta impia, non dolos ueneni,
Non caſus alios periculorum:
At qui corpora ſicciora cornu,
Aut ſiquid magis aridũ eſt habetis
Sole, & frigore, & eſuritione,
Quare non tibi ſit bene, ac beate?
A te ſudor abeſt, abeſt ſaliua.
Muccuſq;, & mala pituita naſi.
Hanc ad munditiẽ adde mundiorẽ,
Quod culus tibi purior ſalillo eſt,
Nec toto decies, cacas in anno,
Atque id durius eſt faba, & lapillis,
Quod ſi tu manibus teras, fricesq;,
Non unquã digitum inquinare poſſes
Hæc tu cõmoda tam beata Furi
Noli ſpernere, nec putare parui,
Et ſeſtertia quæ ſoles præcari
Centum, de fine, nam ſat es beatus.

¶ CVM Coniuge lignea ſicca ut lignum ob corporis macie͂ hoc dictum eſt ſicuti iocoſe qd ſubiungit.

¶ Bene Valetis. Nam qui bene ualent bene digerunt, cum igitur hi parum commedant, bene decoquunt, ideo dicit eos bene digerere.

¶ Concoquitis digeritis in ſtomacho cibum, ecõuerſo crudos. Appellamus nõ bene digerentes. Oratius nãq; pilalipis inimicũ & ludere cru-

Crudi dis. ¶ Nihil timetis qa nihil habetis qd amittere poſſitis. ¶ Nõ facta ipia ea quæ ſolent hereditatis adipiſcendæ gratia impii hoĩes facere uel nõ fata ipia nõ timetis occidi. ¶ Dolos ueneni, ut qs bona ueſtra adipiſcat. ¶ Si qd magis aridum ipſo, cornu uidelicet. ¶ Sole calore, ¶ Frigore hoc dicit qa domũ non habet qua hyeme frigus, æſtate calorem arcere poſſit. ¶ Eſuritione fame, quia non habetis cibũ quo corpus hue mectetis.

¶ Quare non tibi ſit bene? Interrogatiue ironice hoc dictum eſt.

¶ Saliua humor quem per ſputũ ex ore emittimus. ¶ Et mala pituita, pituita catharus qui ex diſtillatione fit. Eſt autem dictio tetraſyllaba ex qua duo conficiũtur trochæi. Oratius primam corripuit ſaty. xii. lenta feret pituita, niſi dictio fuerit triſyllaba tantum ut fiat ſynæriſis. Pituita.

¶ Purior ſalillo, diminutiuum eſt a ſalino in quo ſal ſeruatur. ¶ Atque id quod cacas, ſcilicet. ¶ Inquinare, digitum fœdare ne minimam quidem partem manus. ¶ Digitum tantum tanto minus totam manum. ¶ Hæc tu commoda ſuperius enumerata quæ iocoſe a poeta dicta ſũt tanq̃ cõmoda cũ re uera incõmoda ſint. ¶ Et ſeſtertia, ordo, et deſine ꝓcari centũ Seſtertia quæ ſoles. Seſtertium

*Sūma cenſus eq̄ſtris. Centū ſeſtertia. Cēties ſeſtertium.*

¶ Nā ſat es btūs. Satis es diues etiā ſine his ſeſtertiis. Eſt autem ſeſtertium quod ualebat libras argenti duas cum dimidia, unde tribus his litteris notabatur. LLS. quia duo. ll. ſignificant duas libras & .S. ſemis, & in pleriſq; locis inuenimus mille nūmum pro ſeſtertio dicit Plinius libro primo epiſto. ad Firmium Romanum ſcribens, ſic inquit. Eſſe autem centum millium cenſum ſatis indicat ꝙ apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione ſolum ſed etiam æquite romano utamur, offero tibi adimplendas æqueſtres facultates trecenta millia nūmum. Nam uult efficere quadringenta ſeſtertia quæ erat ſumma cenſus æqueſtris, hi autem qui differentiam eſſe uolunt inter. Seſtertia centum, & centies ſeſtertium, ita aſſentior, ut differentiam ipſam quandoq;, ſed nō ſemper ſeruari aſſeram, ne uerba tranquilli in Veſpaſiano, & Plutarchi in Ant. mutare cogamur, nulla enim eſt adeo peruerſa ne dicam imprudens de quacunq; re opinio quæ ſi antiquorum uerba ex arbitrio noſtro inuertere, abiicere, mutare concedatur aliquo modo defendi & ſuſtineri non poſſit.

EPIGR. XXI.
EXPOSITIO.

## AD PVERVM.
## EPIGRA. XXI.

*O qui floſculus es iuuentiorum.*
*Non horum modo, ſed quot aut fuerunt,*
*Aut poſthac aliis erunt in annis,*
*Mallem delitias mihi dediſſes,*
*Quam iſti, cui neque ſeruus eſt neque arca,*
*Quā ſic te ſineres ab iſto amari,*
*Cui nil eſt. homo bellus inquies eſt,*
*Sed bello huic, neque ſeruus eſt neque arca,*
*Hoc tu quam lubet obiice, eleuaq;,*
*Nec ſeruum tamen ille habet, neque arcam.*

QVI floſculus es iuuentiorum. Satis lepide dilucideque hoc endecaſyllabo puerum ex iuuentiorum familia increpat ꝙ amoris delitias Furio pauperrimo dederitq; quas ipſe habuiſſe optat. ¶ O qui, O tu qui es nō horum modo ſcilicet qui nūc ſunt

¶ Delitias amoris, oſcula, amplexus, et coitum, & delitias dixit quaſi primitias, ¶ Quam iſti. ſ. Furio.

¶ Quā ſic. ſupple iterum mallem dediſſe mihi. ¶ Sineres amari, in eadem ſignificatione accipiendum exiſtimo qua ſupra in. y. Viuamus mea lesbia & amemus. ¶ Cui nil eſt qui nihil i bonis poſſidet. ſic enim legendum eſt, non autem qui non eſt homo ex qua lectione Catullum taxare minime opus erit. Nam homo cum ſequentibus iungitur. ¶ Homo bellus inquies es poſſes inquit dicere hūc eſſe pulchrum hominē, ſed laudes inquit poeta quātum uis ipm nunquam tamen efficies ut ſit diues.

¶ Obiice, oppone mihi te reprehendenti. ¶ Quamlibet, Quantum uis libet. obiicias mihi hūc eē pulchra forma.

¶ Hoc tu, ꝙ ſcilicet ſit bellus homo.

¶ Eleuaq;, extollas uerbis tuis & laudibus nūq̄ tñ efficies q̄n egenus uiuat.



EPIGRAM. XXII. EXPOSI.

*Iambicus uerſus ſeptenarius.*

Cinæde Thalle. Verſus eſt iambicus ſeptenarius cuius pes ultimus bacchius eſt tribus ſyllabis prima breui et duabus longis conſtans, non autem Amphimacrus ut quibuſdam uiſum fuit, Thallum uero in hoc epigrāmate admōet, ut ſublata furto remittat. Alioqn ſe illum uerberaturum minatur. ¶ Cinæde thalle, ordo ab iferiori pendet remitte pallium mihi. ¶ Mollior. Tenerior delicatior

## AD THALLVM.
## EPIGRAM. XXII.

*Cinæde Thalle mollior cuniculi capillo,*
*Vel anſeris medullula, uel hinula tenella*
*Vel pene languido ſenis ſituque araneoſo.*
*Idem quæ Thalle turbida rapacior procella.*
*Cū diua mulier laconas offendit oſcitantes.*
*Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti.*

*Cuniculus.* ¶ Capillo idest pilo. ¶ Cuniculi. Cuniculus inter leporum genera annumeratur a Plinio libro octauo capitu. ly. ſic dictus a cuniculis ideſt a ſpecubus i quibus maxime habitat, hinc Martialis gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris, ¶ Vel anſeris medullula. *Medulla.* Medulla dicitur eo ꝙ media mihi oſſibus ſit quia cū ſit pars molliſſima natura eam in medio & in īteriore ſede locauit muniuitq; aliis partibus, ut oſſibus i animali, in arboribus uero ligni firmitate & cortice, ut in. iii. de conſolatione apud Boetium habemus. Alii medullam anſeris pro teneriori pluma accipiunt quod nō improbo ſicut apud Plinium medullam lanæ pro ſubtiliori lana, hinc illud in priapeis mutuatū uidetur quidā mollior anſeris medulla furatum uenit huc. De anſere uero plura legant ſtudioſiores apud Plinium libro decimo capitulo uigeſimoſecundo. ¶ Vel hinnula tenella, hinnula fœminina eſt et mas hinnulus, ideſt parua cerua & puus ceruus dr̄, nāq; hinnulus ceruorum filius. ſic hinula ceruarū filia, alii merilla ideſt ſincera & pura ub diminutiuum a mera legēdū putant, quos neque damno neq; probo. Quemadmodum illud affirmo mollicella legi nō poſſe, quia uerſus recta ſcanſione careret, nam ſi medullula legitur, ſuperabundat una ſyllaba, ſi medulla tūc quartus & quintus pes trochei eſſent.

*Medulla lanæ. Anſer. Hinnulus hinnula.*

¶ Pœne languido ſenis. Senes nāq; ob defectum caloris naturalis non facile arrigi poſſunt, eorum idcirco mentula languida eſt,

¶ Situq; araneoſo telis araneorum quæ ſolent immunditiē & puluerē contrahere. ideo ſitum dixit.

¶ Turbida rapacior procella furem cōparat ui uentorum quæ impetu ſuo omnia rapere ſolet, pcella nāq; eſt uis uentorum cum pluuiis, ſic dicta ꝙ omnia procellat ideſt moueat. *Procella.*

¶ Cum dira maris hyems aues oſtēdit

oſcitantes cum carmen iſtud ita peruerſe legeretur ut nec ſyllabarum, nec pedum ratio nec ſenſus ipſe percipi poſſet, pater in hunc modum caſtigauit, Vt ſit ſenſus. Thallum rapaciorem eſſe procella quæ exiſtit cum ſæua maris tempeſtas oſtendit aues oſcitantes. Notiſſimum namq; eſt aues quibuſdam ſignis futuram tempeſtatem prædicere ſicuti in fine libri primi Georgicorū Virgilius, et Pli. libro decimooctauo, docuit, ideo aues oſcitantes ora aperientes quamuis alii occinentes habeant quod non diſplicet. ¶ Dira hyems, ſæua tempeſtas futura. Eundem tamen uerſum hoc ēt modo legi poſſe doctiori ſenſu idem pater exiſtimauit. cum diua mulier laconas offendit oſcitantis. Vt per diuam mulierem Helenam quæ inimica eſt nauigantibus, & per laconas ipſius fratres Caſtorem & pollucem qui ut inquit Oratius & nos ſuperius diximus in quarto propitii ſunt accipiamus. Vt ſit ſenſus, cum Helena offendit, ideſt inuenit laconas oſcitantes, ideſt fratres ſuos lacedæmonios oſcitantes pigros & ocioſos, ita ut nauigātibus minime proſint, & ipſa ſæuitiā exerceat. Nec in his lectionibus ſyllaba repugnat. nā in ſecūda ſede ponere tribrachū pro iābo Vſitatū eſt, Vidi tñ & habeo codicē antiquū manu ſcriptū in quo uerſus iſte ſic legitur, cū diua mulier alios oſtendit oſcitātes. cuius ſenſus ſequētibus iungeť & talis erit. Redde mihi ueſtē meā quā furatus es nocturno tpe cū dormirē, & ſic per diuā mulierem lunam intelligemus, quæ nobis oſtendit alios oſcitantes in ſomno. Quamuis etiam per diuam mulierem poſſumus amicam accipere, quæ dum oſtendit & facit me conuerti ad alios oſcitantes tu furatus es pallium, Sed in hoc carmine non ſolum erit Tribrachus pro iambo in ſecunda ſed etiam in tertia. Erit Pyrrichius duabus breuibus conſtans. Non deſunt qui legunt cum diua mulier aues oſtendit occinenteis, & per diuam mulierem diuinam & futuri præſciam exponunt, oſtendit aues occinenteis quod eſt futuræ tempeſtatis inditium. Alii ad Alciones referentes ita interpretantur, cum diua mulier, ideſt alcione quæ olim fuit mulier generoſa mutata poſtea in auem, oſtendit aues oſcitantes, ideſt pullos ſuos cibum appetentes, quod eſt ſignum illos iam educatos eſſe, nam dum educantur ſumma eſt in mari tranquillitas, uti Plinius libro decimo capitulo trigeſimoſecundo refert. Sic enim alicionios dies præteriiſſe per circuitionem indicat, & iam poſſe tempeſtatem fieri, Alii non mulier ſed mater legunt quæ oſtendit aues pullor ſuos oſcitantes. Alii per aues fulicas exponunt quæ ut Plinius ſcribit clangore ſuo uentum prænuntiant & per mulierem diuam Thetidem interpretantur, omnia in unum colligenda duxi ut lector quam magis probauerit lectionem eam ſequatur, Pallium ueſtis eſt lata quæ palam, ideſt foris portatur ſub qua tunica ferebatur, & habitus eſt græcorum. Vnde palliatæ Comœdiæ dictæ quæ argumento ſunt græco, ſicuti togatæ quæ latino. Quoniā toga ueſtis erat romanorum.

¶ Quod inuolaſti, Inuolare a uola quæ eſt interior pars manus furari dicitur.

¶ Sudariūq;

Aues futurā aeris q̄litatē īdicāt.
helenā Caſtor de pollux.
Alciones.
Palliū Palliatæ comediæ Togatæ.
Toga Vole Inuolare.



Sudariumq; Sethabum, Catagraphoſq; Thynos
Ineptæ, q̄ palā ſoles hr̄e tanq̄ auita,
Quæ nunc tuis ab unguibus reglutina, & remitte,
Ne laneum latuſculum, manuſque mollicellas
Inuſta turpiter tibi flagella conſcribillent,
Et īſolēter æſtues, uelut miūta magno
Deprenſa nauis in mari ueſaniente uento.

¶ SVDAriumq; Sethabum ſudariū linteum dicitur quo ſudor a facie detergitur, Suetonius in nerone, adoperto capite & ante faciem obtenſo ſudario equū aſcēdit, Sethabum uero a loco Hiſpaniæ de quo et ſupra in duodecimo appellat. ¶ Catagraphoſque thynnos, catagraphos ſubſtantiuum eſt et pro linteolo inſignito & acu picto poſuit, i quo ſunt litteræ intextæ ut hodie quoq; & maxime ab Hiſpanis fieri uidemus, Thynnos uero a populis appellat qui & bythynni dicti ſunt, de quibus ſuperius .i. ix. diximus, ubi fuit Catullus, ut ſit dictio compoſita ἀπὸ τοῦ κατὰ καὶ γράφειν. ſcribo & pingo. Alii cataſtrophos mallunt, ſicut Strophium pro faſſia dicimus. Nōnulli etiā Catagraphonq; linon legunt, et ſic poſſumus accipere ꝓ hymno a ſe deſcripto. Nam ut ait Suidas λῖνος ὕμνου εἶδος ut homerus λῖνον δ᾽ ὑπὸ καλὸν ἄειδεν Sed tamen hoc loco melius pro linteo. ¶ Inepte quæ palam ſoles, non modo furti ſed etiam Stoliditatis & inſcitiæ & ineptiarum arguit Thallum, qui cū res alienas, ideſt Catulli furatus fuerit. Eiſdem tamē tanq̄ ab auo relictis aperte utatur. ¶ Ab unguibus tuis reglutina. Quoniam fures manus glutino & pice inquinatas habere dicuntur, ideo reglutina inquit .i. libera a glutino et remitte. gluten. enim & Glutinū, colla dicitur deinde Glutino dicitur uerbū .i. cōiungo, a quo deglutino & reglutino .i. aglutino liqero. ¶ Ne laneum latuſculum, ordo eſt. Ne flagella tibi inuſta .i. inflicta turpiter conſcribillent laneum latuſculū manuſq; mollicellas. ¶ Laneū latuſculum, a latere fit diminutiuū latuſculum, laneū uero a lana molle dicit. ¶ Flagella, dicūtur minorū Sarmentorum capita, ex quibus uirgæ fiūt uel a flādo dicta q; uentorum crebros ſuſtineāt ictus, uel ꝙ caro his percuſſa flagret. ¶ Conſcribillent, pingant. Ex Græcorum imitatione penes quos γράφω eſt pingo & ſcribo. Sic Plautus corpus tuum uirgis inſcribam ſenſus eſt, ne uirgis caſtigeris, & notandum eſt ꝙ ſecundam in ſcribillo corripuit cum ſcribo primam producat niſi pro bacchio Moloſſum poſitum acceperimus. ¶ Et inſolenter æſtues, & nemore unius Nauis in tempeſtate deprehenſæ hinc inde agiteris. ¶ Inſolenter, præter ſolitum, Terentius quid tu athenas inſolens, & Saluſt. animus inſolēs malarum artium. ¶ Minuta nauis, paruula cimba, depræhenſa, depræhendi enim proprie in malo dicitur. Sic Oratius de adulterio, deprehendi miſerum eſt Fabio uel iudice uicam. ¶ Vento ueſaniente, furente et cū magno impetu flāte.

Sudarium.
Catagraphos.
Thynnii.
Strophium Linos.
Glutten Glutinum.
Glutino ac eius cōpoſita
Flagellum.
Scribere pro pigere
Inſolens.
Deprehend.

## EPIGRAM. XXIII. Expos.

f

Vri uillula ueſtra. Ad Furium ſcribit & de uilla illius uel de ſua, ſi noſtra legerimus, plurib⁹ uentis expoſita hoc endecaſyllabo conqueritur. Eſto tamen alii non de uẽtis ſimpliciter ſed ſub uentorũ prætextu & ære alieno intelligendum exiſtimẽt, cui diſoluẽdo oppoſitam domum dicũt. ¶ Auſtri flatus (Auſter), Auſter uẽtus eſt a græcis notus ἀπὸ τῆς νοτίδος, ideſt ab humiditate dictus a meridionali ſpirans plaga. ¶ Fauoni (Fauoni⁹ q̃ et Zephyrus.), fauonius a græcis Zephyrus dictus ab occaſu flat. Luc. lib. ix. licet uſq; ſub arcto regnemus Zephyriq; domoſ, Terraſq; premamus flagrantis poſt terga noti cedemus ortus, ubi quatuor nominatis orbis partibus Zephyrum pro occaſu poſuit, dictus eſt ἀπὸ τῆς ζωῆς καὶ τοῦ φύειν unde & latini a fouendo fauonium dixerunt. Lucretius libro primo et reſerata uiget genitabilis aura fauoni. ¶ Sæui boreæ (boreas), Boreas uẽtus eſt a latinis aquilo dictus a ſeptentrionali ueniens parte hinc Ouid. lib. primo meth. ſcythiam ſeptẽq; triones horrifer inuaſit boreas, uẽtus eſt uiolẽti flatus ideo ſæui dixit, de quo Ouidius latius li. vi. Apta mihi uis eſt qua triſtia nubila pello &c. ¶ Aut apeliote (Apeliotes.), Apeliotes ſubſolanus latine dicitur, et ab ortu flat equinoctiali uti Pli. libro ſecundo cap. xlix. docet ubi multa de uentis cõmemorat, de quibus etiam Seneca libro quinto naturalium quæſtionum, & Au. Gellius libro ſecundo cap. xxii. ¶ Verũ ad millia quindecim, ſcilicet uentorum. ¶ Et ducenta, ſcilicet millia uentorum. Alii ducentos legunt, ſcilicet uentos. Alii ad millia quindecim & ducenta, ſcilicet paſſuũ exponunt ut, ſcilicet de longo cõqueratur itinere. ¶ O uentum cõcluſio per exclamationem in tot uẽtorum deteſtationem. ¶ O uẽtũ, quaſi ex multis in unam & eandem domum flantibus, unus tantum factus ſit uentus. Sed ille horribilis & peſtilẽs, i. flatu ſuo peſtilẽtiã afferens.

### Ad Furium. EPIGRA. XXIIII.

Furi uillula ueſtra nõ ad auſtri
Flatus oppoſita eſt, neq; ad fauoni,
Nec ſæui boreæ, aut apeliotæ,
Verũ ad millia q̃ndecim, & ducẽta.
O uentũ horribilẽ, atq; peſtilentem.

### Ad Pincernã ſuũ. EPIG. XXIII.

Miniſter uetuli puer falerni
Infer mi calices amariores

## EPIGR. XXIIII. Expoſ.

m

Iniſter uetuli, pauculis his endecaſyllabis laſciuiens poeta pincernam admonet ut ſibi potanti copioſius pocula ſubminiſtret. ¶ Miniſter uetuli (Falernum.), per circũloquutionem pincernam dixit, ſic enim appellantur qui pocula menſæ ingerunt & alio uocabulo pocilatores. ¶ Falerni uetuli, optimi uini, falernum enim uinum nobile erat ſic denominatum a falerno campaniæ unde & per excellentiam falernum dicimus & uinum intelligimus. Plinius libro decimoquarto cap. ſexto poſt Cecubum uinum ſecundam nobilitatem falerno fuiſſe dicit. ¶ Vetuli (Vinũ uetus), nõ ſine cauſa diminutiua uſus eſt forma hoc loco Nam licet uinum uetus laudetur quo



niam natura uini humida eſt. Vnde longinquitate tẽporis meratius ſit, hinc Plautus in Caſſina, qui utuntur uino uetere ſapientes puto, & Apuleius libro ſecundo de aſino uini cadum in ætate precioſi falernum tamen non admodum uetuſtum commendatur, hinc Cicero in Bruto, ut ſi quis falerno uino delectetur. Sed eo nec ita nouo, ut proximis conſulibus natum uelit, nec rurſus ita utere ut opimium aut anicium conſulem quærat, atq; hæ notæ ſunt optimæ credo, Sed nimia uetuſtas nec habet eam quam quærimus ſuauitatem, nec eſt iã ſane tolerabilis. Plinius quoq; lib. uigeſimotertio cap. primo falernũ nec in nouitate, nec nimia uetuſtate corpori ſalubre eſſe dicit, media eius ætas a quintodecimo anno incipit hanc igitur mediocritatem diminutiuo. ¶ Vetuli, indicare uoluit Catullus. ¶ Infer, alii imple legunt eodem ſenſu, alii ingere, Sed dictionem diuidentes. In in fine præcedentis carminis & poſtea gere in principio alterius collocãt, ſicut & ſuperius ultimoſq; britanos. ¶ Infer mi calices, Amariores eſto quidam meraciores, alii auariores legere maluerint, ego tamen ut in codice paterno reperi Amariores legendum exiſtimo, Cum enim uetulum falernum tanquam optimum popoſcerit, Ita etiam amariora pocula ſibi inferri iubet, quoniam in uino ueteri amaritudo ipſa delectat, q̃d Seneca ad Lucilium ſcribens in conſolatione de amico defuncto epiſtola. lxy. per quandam comparationem his uerbis declarat, Nam ut dicere ſolebat Attalus noſter, ſic amicorum defunctorum memoria iocunda eſt, quomodo poma quædam ſunt ſuauiter aſpera, quo modo in uino nimis ueteri ipſa nos Amaritudo delectat. ¶ Amariores aliquãtulũ amares eſt. n. abuſio in comparatiuo. (Amaritudo i uino.)

Vt lex. poſthumiæ iubet magiſtræ
Ebrioſa acino ebrioſioris.
At uoſ quo lubet hinc abite lymphæ
Vini pernicies, & ad ſeueros
Migrate, hic merus eſt thyonianus

¶ VT Lex poſthumiæ. Poſthumiã hoc loco nomen proprium ſcorti accipio in Cuius domo fortaſſis in conuiuio cum ſodalibus erat poeta, Poſthumia igitur legem conuiuis impoſuerat ut copioſius & largius biberent. Conſtat enim antiquiores magiſtros habuiſſe conuiuiorum qui potandi legem dabant, poſthumia igitur tanquam magiſtra erat. Nec his aſſentior qui hoc ad poſthumiam legem Numæ de qua Plinius libro decimoquarto cap. duodecimo referendum arbitrantur.

¶ Ebrioſa acino Ebrioſioris (poſthumia lex.), ordo eſt ut iubet lex poſthumiæ magiſtræ Ebrioſioris acino ebrioſa. Et notandum Catullum Acinum fœminino genere protuliſſe, cum alias neutri ſit (Acin⁹) quemadmodum Au. Gellius libro ſeptimo capitu. uigeſimo ſcripſit, ubi eam adducit Rationem ꝙ hoc fecerit Amans Hiatus illius Homerici ſuauitatem. Ebrioſa dixit propter inſequentis Litteræ concentum. Eſt autem Acinum Granum illud Minutum quod in uua naſcitur. Ideoq; Ebrioſum dixit.

¶ At uos quo iubet, ad aquas ſermonem apoſtrophat quas a conuiuio diſcedere iubet. ¶ Ad ſeueros, Ad Homines graues qui nolunt genio uacare.

¶ Quo iubet, ipſa lex poſthumiæ & ſic melius q̃ quo lubet ut alii habent. ¶ Vini pernicies, quæ uinum deſtruitis quod maximum eſt ſcelus ut inquit Martialis. Si ſ- clus eſt iugulare falernum. ¶ Hic, apud nos. ¶ Merus eſt Thyonianus, Thione- us & Thionianus a nomine matris ut Diodorus lib. iiii. cap. iiii. refert dictus eſt Bacchus. Senſus eſt igitur, hic ſolus habitat bacchus .i. merum uinũ bibimus. Ideo minime opus eſt aquas hic morari.

Thioneus. Thionian?

EPIGR. XXV.

EXPOS.

## Ad Veranium & Fabullum.
## EPIGRAMMA. XXV.

Piſonis comites cohors inanis
Aptis ſarcinulis & expeditis,
Verani optime, tuque mi Fabulle,
Quid rerũ geritis? ſatis ne cum iſto
Vappa, frigoraq;, & famem tuliſtis?
Ecquidnam in tabulis patet lucelli
Expẽſum? ut mihi, q meum ſecutus
Prætorem, refero datum lucello,
O Mẽmi bene me ac diu ſupinum
Tota iſta trabe lentus irrumaſti
Sed quantum uideo pari fuiſti
Caſu: nam nihilo minore uerpa
Farti eſtis, pete nobiles amicos.
At uobis mala multa dii deæq;
Dent opprobria Romuli, Remiq;.

Piſonis comites, uerſus hic ẽ endecaſyllabus quo ueranium et fabullum ſodales interrogat quid lucri fecerint ſub piſone in hiſpania, a quo irrumatos fuiſſe indicat. Et latenter fœdam romanorum libidinem deteſtatur. Qui uero epigramma iſtud diuidũt ita ut ibi ſit alterius principiũ. ¶ O mẽmi, minime poetæ Senſum percipiũt. Sicuti Sequentia aperte demonſtrãt cũ inquit. Sed quantum uideo pari fuiſtis caſu &c. ¶ Piſonis comites, de hoc piſone apud Saluſtium i Catilina habemus qui in Citeriorem Hiſpaniam quæſtor p prætore miſſus fuit, Cui ſenatus nõ inuitus prouinciam dederat quippe fœdũ hominem procul a repu. eſſe uolebat.

Piſo qſtor i hiſpãia

¶ Cohors inanis, Sine aliquo lucro militans. ¶ Aptis ſarcinulis & expeditis, Sarcina a qua ſarcinula diminutiuũ fit, rerum utenſilium in uſus quottidianos faſciculus dicitur, unde cum exercitus caſtra mutat ſarcinulas colligere dicitur

Sarcia ſarcinas colligere.

quod etiã ad eos qui ad habitãdũ alio cõmigrant transfertur, unde Iuuenalis, collige ſarcinulas dicet libertus & Exi, iocoſe igitur poeta amicis ſuis paupertatẽ obiicit dicens eorum ſarcinas expeditas & aptas eſſe quoniam nõ multas res ferendas habebant. ¶ Quid rerum geritis .i. quas res agitis. ¶ Cũ iſto uappa, cum ipſo piſone. Vappa uinum dicitur quod ſponte deferbuit & odorem ſaporemq; amiſit. Oratius, qui Veientanum feſtis potare diebus cã pana ſolitus trulla uappamq; profeſtis, hinc pro homine nihili et nugatorio accipitur. Oratius, non ego auarũ cũ uero te fieri uappam iubeo ac nebulonem. Plinius li. xiiii. cap. xx. utrũq; declarauit ſic ſcribens. Vinumq; muſto quibuſdam in locis iterum ſponte feruere qua calamitate cum deferbuit deperit ſapor, uappæq; nomen accipit probroſum etiã hominem cũ degenerauerit animus. ¶ Ecquid nam patet, apparet ne q ille p uobis aliquam fecerit impenſam, i. q; uobis

uapp

aliquid



aliquid donauerit. Sicca qui libros rationum ſcribunt, dicunt expenſum referre. i. pecuniã alicui dinumerare & acceptum referre quãdo pecuniã ab aliquo accipiũt hinc Cic. i li. de amicitia hoc qdem eſt nimis exigue & exiliter ad calculos uocare amicitiã ut par ſit ratio acceptorum & datorum. ¶ In tabulis, in quibus rõnes tenẽtur. ¶ Vt mihi. ſ. Expenſum fuit. i. in utilitatem meã. ¶ Qui meũ ſequutus ꝓtorem, memiũ de quo ſupra. ¶ Refero datũ lucello, id qđ ſequitur & quod indignabundus per exclamationem declarat, q uidelicet ab illo irrumatus fuit, ad ipſum ſermonem apoſtrophans, dicens, O memi tu lentus in ſeminis emiſſione bene ac diu me ſupinum irrumaſti tota iſta trabe, pene tuo & mẽbro magno & inſtar trabis per circũloquutionem enim de mẽbro illius loquitur. ¶ Supinũ, ſupinus dicitur q faciem uerſus cœlum habet. ¶ Sed quãtum uideo pari fuiſtis caſu, quia fuiſtis & uos irrumati & nihil tamen lucri inde reportaſtis. ¶ Farti, repleti unde farcimina quæ & inſitia dicuntur. ¶ Nihilo minore uerpa. mẽbro uirili illius nõ minore q̃ fuerit Memii uidelicet. Verpa enim mẽbrum dicitur ſine ꝑputio, Vnde Verpæ Iudæi dicti ſunt, ab inuerſa pelliculla. Eſto alii dicant a uerrẽdo podice Iuuena. in xiiii. Quæſitum ad fontem ſolos deducere uerpos. ¶ Pete nobiles amicos, Ironica conceſſio, per quam tamẽ hoc minime agẽdum intelligit. q. d. uade mõ & ſequaris nobilium amicitias quia tales reperies, & ideo his mala imprecatur. ¶ At uobis mala multa, ordo eſt. O opprobria Romuli & Remi. i. o uos Romani qui eſtis dedecus & patriæ & urbis ueſtræ. Conditoris. i. qui dedecoratis patriam & cõditores urbis. Dei & Deæ dent uobis multa mala.

Expẽſum referrẽ Acceptũ referre

Farcimina

Verpa Verpe

EPIG. XXVI.

Expoſ.

## IN. C. CAESAREM.
## EPIGRAM. XXVI.

Quis hoc põt uidere? qs põt pati?
Niſi impudicus, & uorax, & helluo,

Vis hoc q põt uidere. Epigrãmatis iſtius uerſu iãbico trimetro deſcripti, quo poeta inuehitur in prodigã Cæſeris quẽ Cinœdum Romulũ appellat liberalitatẽ & non tolerãdã libidinem in mamurrã, cum quo mutuũ ſtuprum exercebat, meminit Suetonius in Cæſeris uita ubi de odiorum facili remiſſione ſermonem habet, & Plinius libro penultimo capi. ſexto ubi de marmoribus loquitur, ubi ex Cornelii nepotis auctoritate tradit. Mamurram formiis natum equitem romanum præfectum fabrorum, C. Cæſeris in Gallia & poſtea ſubdit hic. Nãq; eſt mamurra Catulli Veronenſis carminibus pro-

Mamurra

Cæſar impudicus.

ſiſſus quẽ ut res eſt domus ipſius clarius q̃ Catullus dixit habere quicquid habuiſſet comata gallia & cæ. ¶ Quis hoc poteſt uidere? Interrogatiue admixta idignatiõe hæc legẽda ſunt. ¶ Quis hoc, quod de mamurra ſubiunget. ¶ Quis poteſt uidere, quaſi dicat nemo præter Cæſarẽ. ¶ Niſi impudicus, hoc maxime contra Cæſarem dicit qui impudicitiæ notatus fuit ob nicomedis bythinniæ Regis Contuberniũm unde eius milites in triumpho clamabãt ut inquit Suetonius in eius uita, Cæſar ſubegit galliam, Nicomedes ſubegit Cæſarem. ¶ Et uorax, Voraces per quandã traſlationem dicuntur qui auide rem ſuam conſumunt, Cæſaris autem uoraci

Vorax

tem inferius declarat poeta. Cum inquit paterna primum lancinata ſunt bona.

[Helluo] ¶ Et helluo, helluo ut Feſtus Pōp. inquit dictus eſt immoderate bona ſua conſumens ab helluendo, cui aſpiratur, ut auiditas magis exprobretur, ſit enim uox incitatior, Aſpirationem huic uerbo addendam magis conſuetudine q̃ ratione docet Gel. libro ſecūdo cap. iii. Alii textus aleo habent. i. luſor, ſed melior prima lectio.

*Mamurram hēre qđ comata Gallia*
*Habebat cūcta & ultima britannia.*
*Cinæde romule hæc uidebis & feres?*
*Et ille nunc ſuperbus, & ſuperfluens*
*Perambulabit omnium cubilia?*
*Vt albulus columbulus dionæus.*
*Cinæde romule hæc uidebis & feres?*

ℭ MAmurram habere quod comata gallia. Nā Cæſar mamurræ corū magnā partem donauit quæ ex Gallica uictoria reportauerat. Alii uero nō quod ſed quæ legunt, ut ſit ordo Mamurram habere cuncta quæ habebat comata gallia, ſi uero quod legeris, ordo eſt mamurram habere quod cuncta gallia habebat.

[Cæſar gallia ſubegit] ¶ Comata Gallia, Cæſar Galliam omnem ſubegit ut Suetonius, & ipſe in cōmentariis docet, in quorum principio galliam omnem in tres partes diuiſam [Gallia in tres ptes diuiſa] fuiſſe commemorat, Quarum unam incolunt belgæ. Aliam aquitani. Tertiam qui ipſorum lingua celtæ, noſtra galli appellantur. Sed Trāſalpina omnis gallia uno nomine comata appellatur, a coma, quia regio illa omnis intonſa erat [Comata gallia] quod indicare uidetur Plinius libro nono cum inquit in capite cunctorum animalium homini plurimus pilus iam qđ promiſcue maribus & fœminis apud intonſas utiq; gentes atq; etiam nomina ex eo capillatis alpium incolis Galliæ comatæ, hinc Lucanus crinibus effuſis totæ prælatæ comatæ. ¶ Vltima et Britannia, de hac ſuperius in. xi. diximus. Cæſar autem ut Suetonius refert aggreſſus eſt in Britannos ignotos antea ſuperatiſq; pecunias & obſides imperauit licet dion dicat ꝙ inde nihil nec

ſibi nec rei publicæ utilitatis. Sed tantum gloriam reportauerit. ¶ Cinœdæ romulæ, Exclamatio eſſe poteſt in cōditorem urbis ſicut apud Iuuenalem. Ruſticus ille tuus ſumit Rhecedipna quirine, & in aliis locis Cinœdum autem uocat, ſi hæc uidens patiatur, uel Romulum cinœdum Cæſarem ipſum intelligit qui libidinem patiebatur ſicut ante diximus & infra dicetur pulchre conuenit in probis cinœdis mamurræ pathico Cæſariq;, & ſic melius.

¶ Et ille nūc, ſcilicet mamurra ſuperbus elanis et. ¶ Superfluens, diuitiis ſuperabundans. ¶ Perambulauit oīum cubilia, ille qui nūc eſt ita ſuperbus antea erat proſtibulum populi et per oīum cubilia ducebatur, alii perambulabit habent. ideſt tanq̃ adulter ibit p oīum cubilia & melius, quia ſenſus eſt, iſte perābulabit & tu ferres. q. d. male facies.

¶ Vt albulus colūbulus dioneus, colūbi maxime ſunt in coitu feruidi, iōq; in [Colūbi in Veneris Tutela] Veneris tutela huius generis aues antiquitas poſuit, Vt Fulgētius lib. ii. in fabula Veneris cōmemorat, ideo dioneus dicitur, nam dione mater fuit Veneris, ut Home. li. y. Iliad. ἡ δ' ἐν γούνασι πῖπτε διώνης δῖ' ἀφροδίτη ἡ δ' ὅσ' εἰς ſic di δα δ' τι δ' ἰ χ παντον δ' ἰ εγχι πεφυκε Claud. li. iii. de raptu Proſer. Sic uenerē



quærat deſerta dione, Aliqui tamen pro ipſa Venere poſuerunt, Ouidius in faſtis hippolytæ infœlix Velles coluiſſe dionē Cum cōſternatis dirripereris equis. Cum autem multæ fuerint Veneres, una fuit Iouis & diones filia, ut Cicero in tertio de natura deorum aſſerit, & ſpondeus eſt in ultima huius carminis ſede.

*Es impudicus, & uorax, & helluo:*
*Eo ne nomine imperator unice*
*Fuiſti in ultima accidentis inſula?*
*Vt iſta ueſtra diffututa mentula*
*Ducenties comeſſet, aut trecenties?*
*Quid eſt aliud ſiniſtra liberalitas?*
*Parum expatrauit? an parum helluatus eſt?*
*Paterna primū lācinata ſunt bona,*
*Secunda præda pontica, inde tertia*
*Hibera, quā ſcit amnis aurifer tagus*
*Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ,*
*Quid hunc (malum) fouetis? aut qd hic poteſt?*
*Niſi uncta deuorare patrimonia?*
*Eo ne nomine urbis oppulentiſſimæ*
*Socer, generq; perdidiſtis omnia?*

ℭ Es impudicus, quoniam hæc pateris o Cæſar uidelicet Ideo impudicus es uorax & helluo. ¶ Eo ne nomine, fuiſti ne inquit ea tantum de cauſa in Britānia ut mamurræ omnia donares. ¶ Imperator unice, ironice hoc dictum eſt, qui ſolus uideris ſcire exercitum regere cum nec etiam imperator ſis. ¶ Vltima occidentis inſula, in Britannia. ¶ Vt iſta ueſtra diffututa mentula, Mamurram mentulam cognominat coitu exhauſtam uti uulgo etiam in contemptum dicere ſolemus, Alii quibus non placet ut ſolum Cæſarem alloquutus ueſtra dixerit, dictionem expungunt & ueſca ſubſti [Veſcā] tuunt, ideſt parua, Ouidi. in Faſtis ut grandia farra coloni quæ male creuerunt Veſcaq; parua uocant, Et hinc uidetur Seruius Virgilianum illud in Georgicis expoſuiſſe. Veſcas ſalicum frondes, ideſt ſiccas & teneras, nam per hoc quod dicit teneras uidetur uelle puſillas inferre, quaſi dicat minores frondes quæ non erunt duræ dandans

eſſe. Neq; enim ſiccum unum quodque durum eſt, prætCrea ſiccum & tenerū, non apponuntur ſicuti quibuſdam Seruium damnantibus uidetur, Sed tenerum & durum, ſiccum & uiride, Ego uero q ueſtra pro tua catullus poetice poſuerit minime offendor, quamuis etiam ad totum exercitum reſpiciens ueſtra dicere potuerit. ¶ Ducentes commeſſet, ſcilicet [Cē ſeſte. tium] ſeſtertium. Nam cum primum centies centena millia ſeſtertium poſtea uſus [Cētie] obtinuit ut centiens ſeſtertium dicerent pro ſeſtertiorum in caſu generandi, poetæ uero compendium illud contrahentes non centies ſeſtertium. Sed centies tantum dicunt.

¶ Quid eſt aliud ſiniſtra liberalitas? Interrogat poeta quid eſt aliud mala liberalitas, ideſt prodigalitas, q̃ donare tot ſeſtertia mamurræ ob inhoneſtam cauſam. Alii codices habent quid eſt? alit ſiniſtra liberalitas. Vt primo quærat quo modo poſſit ducenties ſeſtertium commeſſe, deinde reſpondet quia

prodigalitas cæſaris alit reſtituendo, ſcilicet quæ abſumit.

¶ Siniſtra liberalitas, aduerſa non bona, nam ut inquit Cicero libro primo officiorum. Videndum eſt igitur ut ea liberalitate utamur quæ proſit amicis, nemini noceat. Quare. L. Syllæ & C. Cæſaris pecuniarum tranſlatio a iuſtis dominis ad alienos non debet liberalis uideri, nihil eſt enim liberale quod non idem iuſtum?

*Patres Patrare.* ¶ Parum expatrauit, patrare eſt coitum perficere, Perſius patranti fractus ocello, hinc patres dicti quoniam peracta patratione fit filiorum procreatio, Expatrauit ergo, ideſt circa libidinẽ abſumpſit? ¶ Helluatus eſt, immoderate bona cõſumpſit. ¶ Paterna bona a patre relicta, Lancinata ſunt. Lacerata, Plinius ubi de canibus, eſt & uolucra canibus peculiare malum aures maxime lancinans. *Lancinare. Voluera.*

¶ Secunda præda pontica, quam Cæſar deuicto pharnace mithridatis filio ponti rege reportauit & mamurræ donauit.

¶ Tertia hibera, Hiſpania, ex prætura enim ulteriorem ſortitus Hiſpaniam prouinciam pacauit, Vt Suetonius inquit, de his autem quæ in Hiſpania geſſerit dionem legito libro trigeſimoſeptimo. ¶ Quam ſcit, quã prædam bene nouit tagus, quaſi dicat ſcit quid inde ablatum fuerit & hoc ad inſinuandam prædæ opulentiam, quaſi in ea multum fuerit auri, quod ex tago colligitur, eſt autem tagus Hiſpaniæ fluuius aurum ferrẽs, de quo Plinius libro trigeſimotertio cap. quarto & Strabo libro tertio. ¶ Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ, Verſus hic alio modo ſic legi poteſt, hunc galliæ timet terra, & Britanniæ. *Tagus*

¶ Hunc, ſcilicet Cæſarem, alii tamen mamurram intelligunt qui ob rapiendi licentiam a Cæſare conceſſam ab omnibus timebatur.

¶ Quid hunc (malum) fouetis, malum aduerbium eſt ac ſi diceret in malam horam, ſic Plautus, quid tu (malum) me ſequere. *Malũ aduer.*

¶ Fouetis, in delitiis habetis. Vires ipſe neæram dum fouet.

¶ Aut quid hic poteſt cum indignatione hoc totum legendum eſt, quærit enim unde hoc ſit, q̃ tanta in Mamurram Cæſar munificentia utatur. & ideo dicit quid hic poteſt, ſcilicet facere, niſi cuncta deuorare patrimonia, uel uncta ut ſic ipſe gullam carpat. ¶ Eo ne nomine, Sermonem ad Cæſarem & Pompeium apoſtrophat, quærens an tot bella ſimul geſſerint, quibus opulentiſſimam urbem & Romanum Imperium pene perdiderunt, ut demum mamurra cum Cæſar uictor euaſerit ipſo Cæſare concedente, his omnibus gauderet. ¶ Socer generq̃, Cæſar & o Pompei. Cæſar enim ut Põpei potentia plurimum poſſet filiam ſuam Iuliam Seruilio Cepioni antea deſponſatam Pompeio ipſi collocauit, hinc Lucanus bella quæ geſſere pares, hinc ſocer, inde gener. *Põpeius cæſaris. gener*

EPIGRAMMA. XXVII.
EXPOSITIO.



Ad Alphenũ. EPIGR. XXVII.

Alphene immemor, atq̃ unanimis
falſe ſodalibus,
Iã te nil miſeret dure tui dulcis amiculi.
Iam me prodere, iam nõ dubitas fallere perfide?
Nec facta impia fallacum hominum
cœlicolis placent.
Quos tu negligis ac me miſerum deſeris in malis.
Heu quid iam faciãt dicã homines,
cui ue habeant fidem?
Certe tu te iubebas animam tradere
inique me,
Inducens in amorem, quaſi tuta omnia mi forent.
Idem nunc retrahis te, ac tua dicta
omnia, factaq̃;
Ventos irrita ferre, & nebulas aerias
ſinis.
Si tu oblitus es, at dii meminerunt,
meminit fides,
Quæ, te ut pœniteat poſtmodo facti
faciet tui.

*Coriãbicum carmẽ* (a) LPHENE Immemor. Carmen iſtud coriãbicũ eſt, quod conſtat ſpondeo tribus coriãbis, & pyrrichio, eſt aũt coriambus pes ex duobus conſtans pedibus, Trocheo uidelicet & iambo, hoc eſt ex lõga duabus breuibus & longa, & hoc carmine Alphenũ fallacẽ & perfidum coarguit admonẽs, deos piuris ſemper iratos eſſe. ¶ Immemor, qui oblitus es eorum quæ mihi promiſiſti. ¶ Falſe ſodalib⁹ unanimis qui eiuſdẽ animi fallis amicos. ¶ Amiculi. Catulli diminutiua eſt forma ab amico. ¶ Nec facta. Sẽſus hic ad propoſitum Catulli enuntiatus in ſententiã tamẽ tranſit generalem. ¶ Quos tu negligis, quos deos nõ curas non uidet aũt deos curare, cũ ea quæ per deos iurãdo facturum ſe ſuſceperat, minime ſeruet, uel quæ legamus & ſic facta reſpiciet & erit ſenſus illa q̃ diſplicẽt deis tu negligis. ¶ Deſeris. ꝓprie deſerere eſt rem quã tuendã ſuſcepimus deſtituere. *Heu.* ¶ Heu quid iam faciant dicam homines, heu dolentis eſt, quid dicam quid dicere debeam iam fa- *Iubere* cturos hoĩes, poſtq̃ uidelicet hic mihi fidem non ſeruauit. ¶ Quid faciãt, quid debent iam facere. ¶ Cui ue habebant fidem, Cui amplius credãt. ¶ Certe tu te iubebas, a principio quãdo uolebas me ad te amandum allicere, uidebaris quodã modo uelle mihi aiam tuã tradere. Ordo uero eſt, Certe inique o iniq̃ iducẽs me i amorem iubebas tute tradere animam mihi uidelicet. ¶ Inique, o ꝑfide. ¶ Iubebas, Volebas. Ter. Iubeo cremetem ſaluere, & Vir. Infandum Regina Iubes renouare dolorẽ, & in. iii. Sed ꝓcibus uotiſq̃ iubẽt expoſcere pacẽ, uel iubebas. i. ſtatuebas. ¶ Quaſi oia tuta mi forẽt, i amore tuo. ¶ Idem nũc retrahis te, ab illis pollicitationibus recedis, ¶ Ventos ferre, cum enim dicta non ſortiuntur effectum ſolemus dicere a uẽtis illa diſſipari, unde dicit iferius, quæ cuncta Aerei diſcerpunt irrita uẽti, & alibi, ſed mulier Cupido quod dicet amãti in uẽto e trapida ſcribere oportet aqua. ¶ Et meminit fides, fides tanq̃ dea perfidiã tuã ulciſcetur, & ſic te poſtea per

ſidiæ tuæ pœnitebit talis eſt ſnīa Virgiliana, q̄ ſi mortalia tēnitis arma. At ſperate deos memores fandi atq; nephādi, et fides nāq; ab ātiq̄orib⁹ ꝓ dea hita fuit, de qua Cic. li. iii. de natura deorū ſic loq̄t, Tū āt res ipſa i q̄ uis ieſt maior aliq̄, ſic appellat̄ ut ea ipſa uis noiētur deus ut fides, ut mēs, q̄s in Capitolio dedicatas uidemus ꝓxie a M. Æmilio Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat fides conſecrata.

Fides ꝓ dea

EPIG. XXVIII. EXPOSITIO.

## Ad Sirmionem peninſulam. EPIGRAM. XXVIII.

*Peninſularꝫ Sirmio, inſularumq;*
*Ocelle, quaſcūq; in liquētib⁹ ſtagnis*
*Mariq; uaſto fert uterq; neptunus,*
*Quam te libēter, q̄q; lætus inuiſo,*
*Vix mi ipſe credens thyniam atq; bithynos,*
*Liquiſſe campos, & uidere te intuto.*
*O quid ſolutis eſt beatius curis?*
*Cum mens onus reponit, ac pegrino*
*Labore feſſi, uenimus larem ad nr̄m,*
*Deſideratoq; acquieſcimus lecto,*
*Hoc eſt qd̄ unū eſt pro laborib⁹ tātis.*
*Salue o uēuſta ſirmio, atq; hero gaud*
*Gaudete uosq; lucidæ lacus undæ*
*Ridete q̄cquid eſt domi cachinorum.*

Peninſula p rium Sirmio, ex bithynia aduenīēs poeta Sirmionē peninſulā in lacu benaco cōſtitutā quā in delitiis habebat hoc trimetro iambico ſalutat. ¶ Peniſula, terra dicitur in aquis conſtituta ita & undiq; illis circunfuſa ut ex una tātū ꝑte anguſtā habeat terrā, qua cōtinēti annectatur, q̄ uero undiq; aquas habet inſula dicit̄ ideo peninſula, a pene. i. quaſi & iſula dicitur, & hmōi eſt in lacu benaco ſirmio. ¶ Ocelle, ꝑ quādā metaphorā Sirmionē inter reliquas inſulas ocellum tāq; rem pulcherrimā appellauit. ¶ In liquētibus ſtagnis, in aquis liquidis. ¶ Vterq; neptunus, uel mare ſuperum & iferū, uel oceanum accipe & mediterraneū, uel quod magis probo q̄ & in mari, et in aliis colitur aq̄s, q̄a dixit in ſtagnis et mari uaſto, Alii utroq; legunt & cū mari iungunt iterno. ſ. & externo. ¶ Inuiſo, uenio ad uidēdū. habet. n. hoc uerbū motū iclusum. Terē. reuiſo q̄d agat Pāphilus, Vir. i. iii. Aut q̄ digna ſatis fortuna reuiſit. ¶ Thyniā atq; bithynos, lz thyni et bithyni idē ſint populi de qb⁹ ſupra ſatis, Pli. tamen incolas biſariā diuiſiſſe uidetur cū ſcribat, tenent oram omnē thyni interiora, uero bithyni. ¶ Vix mi ipſe credēs, hoc ex lōgo alicui⁹ rei deſiderio fieri conſueuit ut cū ipſaꝫ adepti fuerimus uix hēre credamus. ¶ Et uidere te in tuto. et uix credens ego in tuto ſcilicet exiſtens et non amplius in periculo maris, uidere te. ¶ O q̄d ſolutis, laudat q̄etē & ocium poeta. ¶ Quid beatius? q. d. nihil. ¶ Curis ſolutis, liberis ab oī ꝑturbatione. ¶ Mens onus reponit, cogitationū uidelicet et curarū. ¶ Peregrino labore, labore pegre ſuſcepto. ¶ Larē ad nr̄m, domū noſtrā, lar nāq; licet deus ſit domeſticus, ꝓ ipſa tñ domo q̄q; accipimus, hinc q̄dā Sirmionē patriā fuiſſe poetæ argumētant̄. Sed ꝑperā nā nō tātū de lecto & domo ſua hic loq̄tur, ſed ſnīa ē generalis, præterea licet in peninſula domū hr̄et nō id circo ſirmionē patriā habuit. ¶ Hoc eſt qd̄ unū eſt, hoc ociū et hæc eſt q̄es quā ꝑ tot uitæ noſtræ labores et ꝑicula quærimus. nā ut elegāter inq̄t Ora. i ſermonibus. Ille graue duro terrā q̄ uertit ara-

Inſula Peninſula. ſirmio

thynni et bithynni

Lar.

Sirmionē non eſſe catulli patriā



tro. ꝑfidus hic caupo. miles nautæq; ꝑ oē, Audaces mare q̄ currūt, hac mēte laborē ſeſe ferre, ſenes ut in ocia tuta recedāt. Aiūt, uel ſit ſenſus, hoc ē qd̄ ex tātis laboribus quos in itinere ꝑpeſſus fui ſolū mihi reſtat, ut poſſim i lectulo meo q̄ſcere. q. d. nihil aliud lucratus fui ex auaritia ꝑtoris. ſicut ēt ſupius dixerat. ¶ Gaudete uosq; lucidæ lacus unde. ſic legēdū ex textu ꝑ parētē meū emēdato didici, Vndas. n. benaci ad gaudiū iuitat. lucidæ uero recte dicūtur, adeo. n. perſpicuus eſt benacus ut uel numū in fundo exiſtētē alicubi cernere poſſis, alii lydiæ legētes ad id referūt q̄ lydi. i. tuſci olim Mātuā metropolim habuerūt, & ſic lydiæ dicātur aquæ benaci q̄ mātuā uſq; thuſcā per mintiū amnē iſluūt, uel q̄ ſub iure thuſco eēnt. ¶ Quicq̄d ē cachinnorū. cachinus effuſior riſus dicit̄, hinc lepide dicit q̄cq̄d cachinorū q̄cunq; hoies domi ſunt q̄ ridere q̄ant, cachinos effundāt & ſic familiares ſuos ad riſum, Et ad uoluptatem inuitat.

Benacus lacus.

Cachinnus.

Epigrāma. xxix. Expoſitio.

## Ad ipſithillā. EPIG. XXIX.

*Amabo mea dulcis ipſithilla,*
*Meæ delitiæ, mei lepores,*
*Iube ad te ueniam meridiatum,*
*Et ſi iuſſeris, illud adiuuato,*
*Nequis liminis obſeret tabellam,*
*Neu tibi lubeat foras abire,*
*Sed domi maneas, paresq; nobis*
*Nouem continuas fututiones,*
*Verum ſi quid ages, ſtatim iubeto,*
*Nam pranſus iaceo, & ſatur ſupinus*
*Pertundo, tunicamq;, palliumq;.*

Amabo mea dulcis ipſithilla. Sat poeta et tētigine uexat⁹ hoc endecaſyllabo amicā rogat ut domi ſuæ coitus nouē ꝑparet. ¶ Amabo, blādientis eſt aduerbiū quo ſæpe comici utūtur & hēt accentū acutū in antepenultima. ¶ Mei lepores, meæ facetiæ. ¶ Veniam meridianum. meridiari non meridiē agere & tractare ſimpliciter ſignificat, ſed idē eſt meridiari qd̄ i medio die dormire. Cor. Celſus li. i. lōgiſſimis dieb⁹ meridiari potius ante cibū utile ē. Sueto. in caligula gloriatus eſt experge facta cæſonia ſomno q̄tū egiſſet dū ea meridiaret̄. Si iuſſeris. ſ. me uenire noli to hoſtiū claudere? ¶ Illud adiuuato. i. i illa re ēt me adiuuare ut ianua ſit apta & nō ſit mihi opus imorari. ¶ Tabellā liminis. ꝑ circūlocutionē hoſtiū itelligit. ¶ Nouē cōtinuas. Nouē ſine ulla iternriſſione coit⁹. ¶ Si q̄d ages. ſi uēire me uoles uel. ¶ Si q̄d ages. Si eris in aliq̄ re occupata cito te expedias ut poſſis ſtatim me admittere. ¶ Stati iubeto. ſ. me uenire. ¶ Nā prāſus iaceo. ex hoc catulli loco q̄dā mirātur cur Serui. in iiii. æneī. dixerit apud antiquos i uſu prādia nō fuiſſe qd̄ falſum affirmāt. quorū admiratio maiori admiratione digna, uidebit, ſi exactius rē ipſaꝫ cōſiderare uoluerimus. cōſtat. n. prādiū penes antiq̄ores in uſu q̄dē apud oēs nō fuiſſe. quo circa apud Martia. i epigrāmate de horarū diuiſione nulla illius mētio habetur, ſed militibus tñ cōcedebat̄. imo prādiū i dictū fuit q̄ eos ad ꝑliū paret. Diſſolutiores q̄q; ꝑſōnæ prādebāt hic Liui. de Annibale itra capuā luxuriāte cœperūt cōuiuari de die. apd̄ comicos quoq; prādii frequētiſſima fit mētio ut i fabulis palliatis et i diſſolutiorib⁹ ꝑſonis, ita ēt catullus ad amicā ſcribēs et diſſolute uiuēs uel uiuere ſimulās prādii hoc loco mētionē fecit. ¶ Pertūdo tunicā palliūq;, tanta eſt tentigo ut nō modo iteriorē ſed etiā exteriorē percutiā ueſtem.

Meridiari.

Seruius defendit

Prandium.

## EPIGRAM. XXX. EXPOS.

Furũ optime balneariorum, hoc epigrãmate endecaſyllabo uerſu conſcripto in Vibennium patrẽ furem & eius filium Cinædum grauiter inuehitur poeta, Eoſq; monet ut urbem in qua ita noti ſunt ut nihil amplius lucri facere poſſint reliquãt. ¶ Balneariorum, quaſi balneis furãtur. Nam qui in balnea eunt ſolẽt ueſtes in loco Balnei quod ſpoliatorium dicitur reliquere & inde ſæpiſſime ſuffurantur.

Spoliatoriũ

¶ Nã pater ſ. eſt dextra .i. habet dextra. ¶ Dextra inquinatiore, Glutino inquinata, ſicut ſuperius regluti na dixit. ¶ Malaſq; in horas, ſicut dicimus in malam horam abi quduis & in oras legitur abſq; aſpiratione in inſœlices regiones. ¶ Quãdoquidem, poſteaquã, quoniam rationem enim aſſignat, Cur diſcedere debeant. ¶ Fili, caſus eſt uocatiui. ¶ Nates piloſas, hiſpidas nates & minime appetibiles. ¶ Non potes uenditare frequenter ut prius uendere. ¶ Aſſe uenditare, ne minima quidẽ mercede conduci iam ad libidinem potes, aſſem enim hoc loco pro minutulo nũmo accipere debemus, ſicut & apud Ora. ꝓ ſi cõminus uilẽ redigat ad aſſẽ.

## AD Vibennios. EPIGR. XXX.

*O furum optime balneariorum.*
*Vibemni pater, & cinæde fili.*
*Nam dextra pater inquinatiore,*
*Culo filius eſt uoraciore,*
*Cur non exilium, malaſq; in oras*
*I tis? quandoquidem patris rapinæ*
*Notæ ſunt populo, & nates piloſas*
*Fili non potes aſſe uenditare?*

## Hymnus dianæ. EPIGRA. XXXI.

*Dianæ ſumus in fide.*
*Puellæ, & pueri integri*
*Dianæ pueri integri.*
*Puellæq; canamus.*
*O latonia maximi*
*Magna progenies Iouis.*
*Quam mater prope deliam*
*Depoſiuit oliuam,*

## EPIGR. XXXI. EXPOS.

Ianæ ſumus in fide, Hymnus eſt quem pueri & puellæ in laudẽ dianæ concinunt, uerſus autem eſt pharecratius, conſtat ſpondeo et duobus dactylis ſed loco ſpondei modo iambum, modo Trocheum, in quarto uero quoq; carmine loco ultimi dactyli ſpõdeum ſeu trocheum recipit.

Pharecratius

Illud quoq; notandũ eſt ĩ quocũq; carminis genere ultimas ſyllabas indifferẽtes & ad Placitum eſſe.

Vltimæ ſyllabæ indiferẽtes

¶ Puellæ et pueri itegri, in hoc carmine i prima ſede iãbus eſt loco ſpõdei. ¶ Dianæ, di ꝓducitur Vir. Exercet diana choros iõ nõ ẽ iãbus ut ꝗbuſdã uidetur.

Dianæ parentes

¶ In fide, i tutela ſic. Terẽ. tuæ me cõmẽdo et cõmitto fidei. ¶ Canamus dianæ, caſus datiui .i. in honorẽ dianæ. ¶ Puellæq; canamus, ad hymnũ cõcinẽdũ pueros puellaſq; inuitat, ſic Oratius. Dianã tenere dicite Virgines? ¶ Integri, caſti incorrupti qualis fuit & ipſa diana. ¶ Latonia diana latonæ filia ex ioue. ¶ Quã mater ꝓpe deliã depoſuit oliuã, depoſuit legẽdũ eſt nõ depoſiuit ut ſtet uerſus, pono aũt nõ tãtũ poſui ſed & poſiui quãdoq; facit ut Priſcia. li. ix. teſtatur.

Delos quæ et ortygia Diana ubi nata.

¶ Prope deliã oliuã, Dianã & Apollinẽ latona i



delo quæ & ortygia dicitur una ex Cycladibus iſula ꝑperit, ut Ouid. li. yi. mutationũ elegãtiſſime tetigit, poſt partũ uero ſub palma ac genit & oliua, hinc. Ouid. gemina quæ ſub arbore ſedit, ꝗuis tamẽ Stra. li. xiiii. latonã in orthygia in luco ioniæ peperiſſe filios & ſub arbore oliuæ ibi ꝓpinqua accubuiſſe dicat. Nec tamen idcirco nec Catullo nec Straboni errorẽ iputãdũ eſſe duxeri, cũ de loco diuerſa ſenſerit, licet ꝗdã uel hãc ob cãm eorũ alterum errore ductũ affirmẽt. Si .n. diuerſimo de de rebus fabuloſis ſentire error eſt appellãdus, ꝗs liber quæſo errorũ plenus non exiſtimabitur? Eadẽ rõne uel Strabonẽ et Catullum erraſſe ꝗ ſub olea tãtum, uel Ouidiũ dixerimus, ꝗ lycophronẽ ſequutus nõ tãtũ ſub olea uerũ etiã ſub palma accubuiſſe latonã his uerſibꝰ cecinerit? Quã uix erratica delos Errãtẽ accepit tũ cũ leuis iſula nabat. Illic icũbens ſub palladis arbore palmæ, edidit iuita geminos latona nouerca. Qđ aũt Stra. li. x. Delon et latonæ partum deſcribat. id quoq; falſum eſt, delon quidem deſcribit. Sed de latonæ partu nullam prorſus in eo libro mentionem fecit, quẽ li. xiiii. poſtea deſcripſit.

Catullus ab errore defenditur et Strabo

Legimus ẽt apud Plutar. in pelopida in Beotia mõtẽ cognomẽto delũ. Apud mõtẽ uero Apollinis tẽplũ poſt tẽplũ duos mirabili ſuauitate fontes fuiſſe, Alterũ φοίνιξ .i. palmã, Alterũ uero oleã uocatũ, ſicut ẽt Plut. idẽ i lib. de oraculis tacẽtibꝰ recitat, ubi et natũ Apollinẽ et dianã cõmemorãt, nõ obſurde igr̃ oliuã deliã ad fõtẽ et mõtẽ hũc retulerimꝰ a Catul. dictã nata aũt dicitur Diana idibꝰ auguſti ſicuti li. xii. Mart. inueri uidetur cũ iqt. Maiæ Mercuriũ creaſtis idꝰ. Auguſti redit idibꝰ diana octobres maro celebrauit idꝰ.

Delus mons

Fontes duo

Diana quo tẽpore nata

¶ MONtiũ domina ut fores, te genuit latona ut eſſes domina uenationũ q̃ i montibus maxie ſiũt ideo dicit domia montium, diana nãq; uenationũ dea fuit. Oratius mõtiũ cuſtos nemorumq; Virgo.

*Montium domina ut fores.*
*Syluarumq; uirentium,*
*Saltuumq; reconditorum*
*Amniumq; ſonantum:*
*Tu lucina dolentibus,*
*Iuno dicta puerperis,*

¶ Saltuũq; recõditorum, nemorum ſecretiorũ. & in hoc uerſu notãda eſt ſyllaba una ſuperflua quæ cum uocali ſequentis carminis abiicitur. ¶ Amniumq; ſonantũ, ſic legẽdum eſt nõ ſonantiũ ut ſtet uerſus. ¶ Tu lucina dolẽtibus iuno dicta puerperis, Diana eadẽ eſt q̃ iuno lucina dicta eſt, quæ parturiẽtibus p̃eſſe dicebatur mulieribus, Iuno .n. a iuuãdo dicta eſt, lucina eo q; in lucẽ ꝓducat Pli. lib. xyi. refert eã dici a luco in quo eius ædes cõdita fuit, utrũq; uero. Oui. li. ii. faſt. cõplexus ẽ. Gr̃a lucinæ dedit hæc tibi noia lucus. Aut q̃a pricipiũ tu dea lucis hẽs. Iuno autem lucina iunonis fuit filia ut inqt Donatus apud Terẽtiũ in andria q̃ græce εἰλείθυια latie nixos dicit, nixus eni partuz ſigñat Virginis. Aut fœtus nixibus edunt, unde & nixidi dei dicti ſunt ut Feſtus inqt, quos putabãt p̃eſſe pariẽtiũ nixibus, menãder uero hãc dianã appellat, quẽ ſequutus Oratius ubi dianã alloqtur ſic inqt. Siue te lucinam ꝓbas uocari, hoc ſentire uidetur in buc. Virg. Caſta faue lucina tuus iã regnat Apollo. unde ẽt ea nocte qua natus eſt Alex. magnus cũ celeberrimum illud tẽplum Dianæ epheſiæ arſiſſet, timeus dixiſſe fertur iocãs, mirum nõ fuiſſe cum in Alexãdri partu occupata fuiſſet diana, ꝗuis egeſiæ hoc dictum tribuerit

Iuno lucina

Nixos Nixidi

Dianæ epheſiæ tẽplũ cõbuſtũ

Timæi uel egeſiæ Dictũ

plutb. in Alexādro, Inuocabatur autem diana a parturiētibus ut Ser. inquit lib. iii. æneid. qa primum nata parturiēti noſtri Apollinē in delo officiū obſtetricis pſtitiſſe dicitur, macrobius uero in fine ſaturnaliū, hic eſt qđ diana q̄ luna eſt ἀρτεμισ dicitur quaſi ἀεροτομις hoc ē aerē ſecās, lucina a parturiētibus inuocatur qa ꝓpriū eius munus ē diſtēdere rimas corporis et meatib⁹ uiā dare, qđ ē accelerādo partui ſalutare. ¶ Pauperis, puerpera mulier dicitur q̄ puerū ſeu puellā parit, hic puerperiū tps ipm pariēdi dictū. Alii hūc faciūt ordinē, tu lucina dolētib⁹. i. uocaris lucina a mulieribus ꝓpe partū, q̄ do aūt parit uocatur Iuno, qa illud ſit tpus iuuādi pariētē. Sed quoniā iuno lucina ſimul īuocatur qa matrē iuuet & fœtū i lucē ꝓducat, iō hic ordo nō ꝓcedit. Et hic ēt notat Donatus apud Terē. i andria, hoc uerſu totidēq; uerbis uti oēs puerperas ī comœdiis iuno lucina fer opē ſerua me obſecro qa gemina ſunt uota ut & partus & pariēs ſeruētur, nā fer opē pp partū, ſerua me propter pariētē dicitur.

Diana obſtetrix

Puerpera

Tu potens triuia, & notho es
Dicta lumine luna,
Tu curſu dea menſtruo
Metiens iter annuum,
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.
Sis quocunq; tibi placet
Sancta nomine, Romuliq;
Antiquam, ut ſolita es, bona
Soſpites ope gentem.

¶ TV potēs triuia, Diana quoq; triuia dicta fuit quia i triuio fere ponitur i oppidis græcis, ut iquit Varro, uel qa luna ē quæ in cœlo tribus uiis mouetur i altitudinē, latitudinē, lōgitudinē, hinc quoq; tres facies hēre dicebatur, Virg. tris Virginis ora dianæ, & Ouidius in faſ. ora uides hecates i tris uergētia partes, ſeruet ut iternas cōpita ſecta uias, Siue quia luna i cœlo, diana i terris, pſerpina apud iferos, iō cum triplicē habeat ꝑtātē potēs dicitur. ¶ Nothoq; es lumine luna, & tu quoq; es luna qđ ēt Macrobius docet uti paulo ante retuli.

Diana triuia dicta

¶ Lumine notho, nō ꝓprio, nō legitimo sed a ſole accepto, ſicuti nothos filios appellamus nō legitimo matrimonio natos luna nāq; a ſole lumē accipit, uñ et luna quaſi luce lucēs aliena dicta ē. Cic. i li. de natura deorū, tū illa q̄ luce lucet aliena. ¶ Tu curſu dea mēſtruo, Cic. i prio. de nat. deorū. Sol duabus unius orbis ultimis partibus definiēs motū, curſus annuos ꝯficit, huius āt illuſtratione eiuſdē icenſa radiis mēſtruo ſpatio luna complet, & lib. ii. id ſolis annuos curſus ſpatiis menſtruis luna conſequitur. ¶ Curſu mēſtruo unius mēſis curſu, nā luna curſum ſuum quolibet menſe perficit, unde mēſtrua luna appellatur. Prop. in. v. tertii libri elegia. Qua uenit exoriens, qua deficit, unde coactis Cornibus in plenū mēſtrua luna redit, et Vir. in fine primi geor. Quid mēſtrua luna moueret, ubi inquit Seruius. Mēſtrua dicit̄ q̄ ſingulos mēſes creſcēs & decreſcēs, & q̄ menſiū ſubiacet diebus. unde & mene dr̄ et qa circuitū ſuū i ſpatio. xxvii. dierū & tertia pte unius diei pficit. Deīde remorata in coitu ſolis biduo rurſus tardiſſime trigeſima die ad eaſdem uices exit. unde lunaris annus triginta dierū dicitur, cū ſit & ſolaris. xii. mēſiū et magnus q ꝗ̄ Cic. i hortēſio. xii. mil. annorū et qngē-

Notbi filii

Luna menſtrua

Luna

Lunaris annus. Solaris annus. Magnus annus



tos. liiii. cōtinet, qui tum efficitur, cū ſolis & lunæ, & quinq; erratiū ad eādē inter ſe cōparationē cōfectis oium ſpatiis eſt facta conuerſio, licet etiā quādoq; magnum. Annū ſolarē itelligamus, ad differētiā lunaris, unde Virgi. in. i. Triginta magnos uoluēdis mēſib⁹ orbes. Et i. iii. interea magnū ſol circūuoluit annum, menſtruum igitur adiectitiū dicitur q ſit ſingulo mēſe, ſubſtātiue uero mēſtrua mulierū ꝓfluuia appellātur quæ a græcis ē ϖιμηνια dicūtur de qbus Pli. li. vi. c. xvi. diffuſius cōmemorat. ¶ Metiēs iter annuū, Circuitū ſolis, ſol. n. ꝓprio motu cōtra cœli motū nititur, et in. ccclxv. diebus & ſex horis ipm metitur. ¶ Exples iples tecta agricolæ, domos agricolarū oſtēdit ēt i laudē dianæ q ipſa ēt hēat ius i ſegetes, qa luna humiditate illas adiuuet, & ſic uidetur eadē quæ ceres. ¶ Frugibus bonis, qbus hoies ueſcūtur, & bonis dixit ad glādes reſpiciēs quibus oli hoies ante uſum frugū ueſcebātur, luna aūt humiditate ſua quēadmodū ſol calore ad maturitatem fruges ꝑducit. ¶ Sis quocūq; tibi placet, qm plura ipſius enumerauit noia, iō dicit ſis ſancta. i. uenerabilis quocūq; noie tibi placet. ¶ Romuliq; q; abiicit cū uocali ſubſequētis carminis. ¶ Romuliq; antiq; gēté. i. gētē romanā a romulo deriuatā. ¶ Bona ope, bono auxilio. ¶ Soſpites, incolumes ſerues, icolumitatis nāq; pſides Apollo et diana ferūtur, ut Stra. li. xiiii. teſtat̄ ubi ēt cām plurib⁹ uerbis refert.

Apollo & diana incolumitatis pſides

EPIG. XXXII.
EXPOS.

## Ad Libellum, ut Cæcilium alloquatur.

## EPIGRAMMA. XXXII.

Poetæ tenero meo ſodali
Velim Cæcilio papyre dicas
Veronam ueniat, Noui relinquens
Comi mœnia, lariumq; littus.

Poetæ tenero meo ſodali. Chartam ſuam in qua epigramma ſcribit alloquitur poeta, mādatq; ut comum eat, & Cæcilium poetam de re communis amici auditurum Veronam quam primum uenire iubeat, Carmen uero endecaſyllabum eſt. ¶ Papyre, o charta mea papyrum enim pro charta accipimus papyraceam uero chartam in ægypto repertam fuiſſe Alexandri magni uictoria teſtatur, Plinius ex Varronis auctoritate libro decimotertio, unde egyptiā papyrum, Apuleius in principio de aſino appellauit. Tenero iuueni. ¶ Noui comi, comum ciuitas Galliæ Ciſalpinæ a gallis, duce breno condita ut Iuſtinus refert, Strabo uero libro quinto docet q hæc urbs, quæ prius comum poſtea nouum comum appellata fuit, et cauſam adducit qa cum Cæſar quinq; inquilinorum millia ad habitandum illuc deduxiſſet, hi haud ibidem domicilium habuere, Sed oppido nomen relinquentes & nouum comum appellantes nouocomenſes oppidanos uocauere, Cæcilius igitur iſte nouocomenſis erat.

Papyrus.

¶ Lariumq; littus, larius lacus eſt comenſis nobiliſſimus a fulicarum multitudine dictus λάροσ enim fulica dicitur, in hunc addua fluuius cadit, de quo Plinius libro ſecundo capitulo centeſimo ſexto. & Strabo libro quinto littus uero iproprie ꝓ ripa poſuit cum littus ſit maris, ripa ēt lacus et fluuiorū

Larius lacus. addua Littus & ripa.

Nam quaſdam uolo cogitationes
Amici accipiat ſui, meiq;.
Quare ſi ſapiet, uiam uorabit,
Quamuis candida millies puella
Euntem reuocet, manuſq; collo
Ambas iniiciens roget morari,
Quæ nunc, ſi mihi uera nuntiantur,
Illum deperit impotenti amore,
Nam quo tempore legit incohatam
Dindymi dominam, ex eo miſellæ
Ignes interiorem edunt medullam,
Ignoſco tibi Saphica puella,
Muſa doctior, eſt enim uenuſte
Caia Cæcilia innocata mater.

¶NAM quaſdā. ratio eſt cur uelit ipm Veronā uenire. ¶ Viam uorabit, cū celeritate ſumma conficiet, metaphora ab his ſumpta quæ deglutiūtur & nō dentibus conteruntur. ¶ Quāuis puella, ab ipſo uidelicet cecilio amata. ¶ Millies, finitus eſt numerus pro infinito. ¶ Euntem, Veronam uenientē. ¶ Roget morari. oret ut moretur et nō ueniat. ¶ Quæ.ſ. puella. ¶ Illū deperit, ualde amat. ¶ Nam quo tēpore legit ichoatam, uel entheatam ut alii habēt codices, quāuis multi circa horū carminum ſenſum multa dixerint, tamē hunc deniq; uerum poetæ ſenſum exiſtimo, ut dicat, ex quo tēpore puella legit inchoatam dyndimi matrem.i. materiā de cybele inchoatā a cecilio uel entheatā ideſt diuino ſpiritu ut pote poetico prolatam ipſa exarſit in amorē ipſius cecilii, quia ipſa quoq; puella docta erat et doctum amauit unde ſubiūgit. O puella doctior ſaphica muſa.i. ꝙ ſapho poetica quia illa.ſ. idoctum phaonē, tu uero docta doctum Cæcilium amaſti. ¶ Dyndimi dominam, Cybelem a mōte phrygiæ ſic dictam. ¶ Ex eo.ſ. tempore ignes amores. ¶ Edunt interiorē medullā. nā amor uidetur medullas cōſumere. Virg. Eſt mollis flamma medullas. ¶ Miſellæ. miſeræ puellæ tēpori. ¶ Ignoſco tibi. ſi deperis amore Cæcili cū docta doctum ames tibi ignoſco, Et eſt ordo et ſenſus in ſequētibus, eſt enim uenuſtæ quaſi dicat fœliciter innocata Cæcilio ideſt a Cæcilio magna mater, quia ita in amore ipſi fauit, ut uoti compos euaſerit, uel ſi legatur ichoata.i. incœpit egregie tractare de matre magna cum ipſa quodam modo fauerit amoribus ſuis, ꝗa tunc puella incœpit ipſum amare, in paternis correctionibus, ſic ēt carmen iſtud legi poſſe comperi. ¶ Caia Cæcilia inocata mater, Eo ut arbitror ſenſu, ignoſco tibi ſi docta doctum amas, fœliciter enim iuncta es matrimonio cū ipſo Cæcilio, et erit ordo, eſt enim uenuſte Caia Cæcilia in uocata mater, ī nuptiis enim per coemptionem, quarum Seruius meminit in principio Georgicorum. Teq; ſibi generum tethis emat omnibus undis. his uerbis utebantur: Tu mihi Caius et ego tibi Caia. Tu mihi mater familias et ego tibi pater familias, propter Caiam Cæciliam honeſtam mulierem ac bonam uni ex Tarquinii liberis collocatam cuius in ſanctæ templo ſtatua ex ære poſita eſt. Inerāt etiā pridē & ſandalia & colus pudicitiæ & induſtriæ ſuæ certa monumēta, uti Plutha. in queſtionibus qōne. xxix. cōmemorat, ubi & aliam recitat cauſam, prior tñ lectio magis placet.

Comū Nouū comū.

nuptię ꝑ coēptionē. Tu caius. Ego Caia Caia Cæcilia,



## IN ANNALES VOLVSI. EPIGRAMMA. XXXIII.

Annales Voluſi cacata charta,
Votum ſoluite pro mea puella,
Nam ſancte Veneri, cupidiniq;
Vouit, ſi ſibi reſtitutus eſſem,
Deſiſſemq; truces uibrare iambos,
Electiſſima peſſimi poetæ.
Scripta, tardipedi deo daturam,
Infœlicibus uſtulanda lignis,
Et hæc peſſima ſe puella uidit
Iocoſe & lepide uouere diuis.
Nunc o ceruleo creata ponto.

EPIGRAMMA. XXXIII. EXPOSI. ANNALES VOLVſii cacata charta, hoc endecaſyllabo amicā admonet, ut cū incolumis in patriam reuerſus fuerit uotū ueneri perſoluat, hoc eſt uoluſii poetæ uolumina cōburat, quibus ille puellæ gratiā uenari laborauerat, annales libri ſunt qui ſingulorū annorū res geſtas cōtinent, hyſtoria res ipſas deinde ornat, hinc Cic. lib. ii. de Oratore. erat.n. hyſtoria nihil aliud niſi annaliū confectio. Quinti. lib. x. nihil in hyſtoriis ſupra pōtificū Annales haberemus, pontificibus.n. permiſſa erat poteſtas memoriā rerū geſtarum in tabulas cōferendi, & hos annales appellant equidē maximos quaſi a pontificibus maximis factos, unde Virg. ex perſona æneæ in primo æne. inquit, & uacat Annales noſtrorū audire laborū, ꝗa pōtificem æneā oſtēdere uoluit, ubi Seruius differentiā inter Annales & hyſtoriā ita ponit, ut deniq; licēter cōfundi aſſerat, eandem ēt ſed a Seruio diſſentiens ſcribit. A. Gellius libro quinto capitulo decimooctauo. ¶ Voluſii, uoluſus Patauinus fuit de quo alibi Catullus.
Annales uoluſi patani morient ad urbē
Et laxas ſcōbris ſæpe dabunt tunicas.
¶ Annales Voluſii appoſitiue cacata charta. ¶ Votum ſoluite. uotū ipſum exponit. ¶ Nā ſanctæ ueneri &c. ¶ Vouit, uotum fecit. ¶ Si ſibi reſtitutus, ſi ipſi puellæ ex longa in bithyniā pegrinatione fuiſſem reſtitutus. ¶ Dediſſēq;.i. cōceſſiſſem. ¶ Vibrare. cū celeritate & ipetu mittere. ¶ Iābos. uerſus meos iābicos, cōtra uoluſium.ſ. & ad naturā pedis reſpexit, de quo Ora. in arte ſyllaba longa breui ſubiecta uocatur Iābus, pes citus. unde & trimetris accreſcere iuſſit nomē iambeis cū ſenes redderet ictus, Alii codices habēt rediſſemq;, & ſic erit ordo ſi reſtitutus eſſem rediſſemq; uouit uibrare truces iābos & ſe danirā igni uerſus uoluſii & ſic duo dicit inectiuā facere, & urere. ¶ Electiſſima peſſimi poetæ ea quæ meliora uideantur niſi. ¶ Eiectiſſima.i. contēptibilia legamus. ¶ Poetæ. uoluſii. ¶ Tardipedi deo daturā. Vulcano, qui tardipes et claudus dicitur ꝓpterea ꝙ e cælo præcipitatus per Iouē, uel ut alii uolunt per Iunonē, in lemnū. Alterum ſibi crus fregit, ut in fabulis habemus, hic mulciber a latinis dicitur ꝗa ſit mutilatus et debilis. nā mutilare eſt aliquid detrahere ſine quo res eſſe nō poſſit. Vel ꝙ oīa mulceat.i. moliat ac uincat, ut Donatus inquit in ecyra apud Terentiū. ¶ Infœlicibus uſtulanda lignis, uſtulanda urēda. ¶ Lignis ifœlicib⁹, quæ ſint coacta poetæ peſſimi carmina cremare, uel ifœlicia ligna dicit ex ifœlicibus arboribus

Annales hyſtoria.

Annales maximi.

Iābus pes.

Vulcanus Claudus. Mulciber

*Arbores ifelices* — *Mutilare*

ſunt autē arbores ifœlices ex Catonis ſentētia quæ fructus nō ferūt, Macrobius uero in fine tertii ſaturnalium ſic inquit Tarquinius priſcus in oſtentario arborario ſic ait, arbores q̄ iferum deorum, auertentiūq; in tutela ſunt, eas ifœlices nominant. ⁋ Et hoc peßima ſe puella. iocoſe hoc pnuntiatū eſt quella ribaldella ut dicitur. ⁋ Iocoſe & lepide uouere diuis, ipſa quoq; itellexit ſe facere iocoſum uotū. ⁋ Nūc o Ceruleo, Venerē rogat ut acceptum & redditū uotum faciat, eſt autē ordo, nūc o ceruleo creata ponto acceptū face redditūq; uotum, dicit autē per Circūloqutionem uenerem q̄ ex ſpumis maris orta dicitur, unde & nomē adepta eſt, ut in faſtis

*Venus ex ſpumis orta* — *Ceruleum* — *Idaliū*

inquit Ouidius, & a ſpumis eſt dea dicta maris ἀφρὸς enim ſpuma dicitur, inde ἀφροδίτη Venus, & in. iiii. met. Si tamē in medio quōdā generata pfundo Spuma fui gratumq; manet mihi nomen ab illa. nam Saturnus uirilia cælo patri amputauit et in mare proiecit, ex quibus orta Venus dicitur. ⁋ Ceruleo, uiridi Ceruleū nāq; mare ideſt uiride ſignificat. Vt Aulus Gelius li bro decimooctauo.

Quæ ſanctū idaliū, urioſq; apertos,
Quæq; ancona, Cnidūq; arūdinoſam
Colis, quæq; Amathunta, quæq; colchos,
Quæq; Dyrrachiū adriæ tabernam,
Acceptum face, redditumq; uotum
Si non illepidum, neq; īuenuſtum eſt.
At uos interea uenite in ignem
Pleni thuris, & infacetiarum
Annales Voluſi cacata charta.

⁋ SANCTum idaliū. loca quædam cōmemorat in qbus olim culta fuit uenus, idalium nemus eſt in Cipro. Vir. lib. prio. Aut ſuper Idaliū ſacrata ſede recondam, et Paulo poſt idaliæ lucos, & alibi idaliumq; nemus, in nemore uero oppidū breue erat, de quo ēt Pli. lib. v. cap. xxxi. ⁋ Vrioſq; apertos, uria oppidum in Apulia de quo Pli. lib. iii. cap. x. meminit, ide urii populi apertos in loco patenti & apertos poſitos, hoc Strabo lib. ſexto dicit a Cretēſibus conditū, & ab herodoto Veretū appellatū. ⁋ Quæq; Ancona. ancon in agro piceno urbs eſt ſita de qua Pli. lib. iii. ca. xiii. & Strabo lib. v. & vi. ubi dicit hāc a Syracuſanis conditū fuiſſe, apud hāc Veneris fuit tēplum de quo Iuue. Ante domū Veneris quā dorica ſuſtinet Ancon. ⁋ Gnidūq; arūdinoſam, Gnidos urbs eſt Cariæ, ut Strabo lib. xiiii. refert, & Pli. lib. v. ca. xxviii. in hac fuit ſimulachrū illud ueneris nobilißimū de quo Auctor idem lib. xxxvi. cap. v. in hac & ipſa Venus culta fuit, unde Orat. ī odis. O Venus regina Gnidi paphiq;, Veneris gnidiæ Plinius etiā meminit lib. xxxii. ca. i. arundinoſam uero dixit pp̄ter ea q̄ arundinibus & piſcibus abūdat, unde Oratius piſcoſam appellauit Gnidū ēt calami ad ſcribēdum pbantur a Plinio lib. xvi. ca. xxxvii. ⁋ Quæq; amathūta. Amathus cipri oppidum fuit ut Strabo li. xiiii. cō memorat, in cipro autē cultā fuiſſe uenerē nemini dubiū eſt. ⁋ Quæq; colchos, uenerē apud colchos cultā & Val. Flaccus & Theocritus idicant. ⁋ Quæq; dyrrachium, Dyrrachiū Epiri urbs fuit quā corcirei ut inqt Strabo lib. vii. cōdidere, prius epidānus dicebatur. Sed Romani mali hois euitādi gratia nomē mutauere, ne uiderētur ad damnum accedere, ut Plinius libro tertio capitulo uigeſimo ſecundo. Teſtatur. adriæ uero taber-

*Vrii* — *Veretum* — *Ancō ubi* — *Veneris tēplum.* — *gnidos ubi* — *Veneris ſimulachrū*

*Am thu* — *Ven colch cha* — *Dyr chiu Epid nus*



nam dixit tanq; nauigaturi per Adriaticum mare illuc appellare ſoleant. ⁋ Acceptum face. fac acceptum. i. gratum tibi & cupidini filio redditū ex perſona puellæ. ⁋ At nos, cōcludens, libros ad ignem uocat ut cōburantur & ſic uotum perſoluatur. ⁋ Interea, dum Venus uotū ſuſcipiet, uel dū iābos ſcribā cōtra ipm. ⁋ Pleni thuris. quēadmodum inutiles chartæ uenalibus mercibus inuoluendis accōmodantur. Alii ruris. i. ruſticitatis corrigūt quod nō diſplicet qa ſubiungit & ifacetiarū.

Epigrā. xxxiiii. Expoſitio.

## AD CONTVBERNALES. EPIGRAM. XXXIIII.

Salax taberna, uoſq; contubernales.
A pileatis nona fratribus pila,
Solis putatis eſſe mentulas uobis?
Solis licere, quicquid eſt puellarum
Cōfutuere? et putare cæteros hircos?
An, cōtinenter quod ſedetis inſulſi
Centū, aut ducēti, nō putatis auſurū
Me una ducentos irrumare ſeſſores?
At qui putate. namq; totius uobis
Frōtem tabernæ ſyphonibus īſcribā.
Puella nāque, quæ meo ſinu fugit.
Amata tātū, quātū amabitur nulla,
Pro qua mihi ſunt magna bella pugnata,
Conſedit iſtic, hanc boni, beatiq;
Omnes amatis, & quidem (quod indignum eſt)
Omnes puſilli, & ſemitarii mœchi.

*Taberna* — *Salax cauda* — *Pila*

SAlax Taberna uos q; contubernales. quibus dam cōtubernalibus apud quos puella a poeta dilecta cōfugerat & ab illis per uices ſubagitabatur, uerbera & irrumationē minitat, carmē uero iambicū eſt trimetrū. ⁋ Salax taberna, taberna a tabulis dicta locum ſignificat in quo merces uenduntur, ſalax uero libidinoſa dicitur in qua libidinoſi habitāt cōtubernales. hinc ſalacē caudā mēbrū uirile dixit Ora. in ſermonibus. ⁋ Cōtubernales, q in eadē habitāt taberna dicunt. ⁋ Pila nona, appoſitio ē taberna pila, pila uero prima pducta columnā ſignat cū circa forū tabernæ ædificarētur. unde Quintilianus in ſexto, tabernæ autem circa forum erāt, locum idicat in quo taberna hæc erat de qua itelligit, et dicit fuiſſe nonā ab æde caſtoris et Pollucis quos pileatos fratres appellat, quoniā pileū caſtori & polluci antiqores dederunt ut feſtus Pōpeius docet, qa lacões fuerūt qbus pileatis militare moris fuit, caſtorē uero ædē in foro Romano habuiſſe docet Sueto. in Cæſare & Plutar. et Diony. & Cic. in oratione p. P. Seſtio. ⁋ Solis eē putatis mētulas. Vos tātū mētulati eſſe creditis. ⁋ Quic qd eſt puellarum. i. omnes puellas. ⁋ Cōfutuere, ſimul cū illis rem habere, & notādum eſt i prima ſede huius carminis dactylum eē. ⁋ Et putare cæteros hyrcos. i. tanquā hyrcos puellis iuiſos eē, hoc eſt habere hyrciniū & fœtidū odorē q in alis maxime inaſci ſolet, & hyrcus ab aialis fœtore appellatur. De quo alibi dicit. Valle ſubalarū trux habitare caper. ⁋ An cōtinēter q ſedetis, Cōtinenter aduerbiū ſine interuallo ſignificat. ⁋ Inſulſi, illepidi, et inuenuſti ſine ſale. ⁋ Cētum aut ducenti q. d. multitudine et numero non uiribus freti eſtis. ⁋ Seſſores, qui ſemp in taber

*Caſtoris ædes i foro.* — *hircus* — *Continenter*

Scipio Sōni uirga. Sipbo nes.

nis ſicuti opifices & tabernarii ſedetis. ¶ At qui putate, Sed putate, ſcilicet & nobis mentulas eſſe et me auſurum uos irrumare. ¶ Nāq; totius uobis tabernæ frōtē ſcipionibus ſcribā, figurata eſt loquutio ita ut continentē pro eo quod continetur poſuerit, frōtem totius tabernæ, ideſt frontē omnium qui in taberna habitatis ſcribam Scipionibus, ideſt baculis & Virgis notabo. i. uerberabo uirgis facies ueſtras. Scipio enim uirga ſiue baculus dicitur, unde Scipionū familia cognomētū traxit, Nec bi mea ſnīa audiēdi ſunt qui Scipionē uirgulti generis eē dicūt, cuius uirga ſi cuiuſpiā tēpora tangātur. Ille ſtatim in profundū ſoporē reſoluitur, de quo Siliū in decimo intellexiſſe exiſtimāt, oculiſq; getē irrorat tangēs læthea tpa uirga, & Virg. ubi de palinuri morte agit, poetæ nāq; iſti nō de Scipione. i. de Virgulto, ſed de uirga in læthea unda madefacta & ſomno ubiq; attributa loquūtur, pater tamē meus exiſtimauit & legi poſſe. ¶ Nāq; totius uobis tabernæ frontē ſiphonibus iſcribā. hoc uidelicet ſenſu in uos oēs meiā, ut Iuuenalis quoq; dixit lōgis ſiphonibus iplet, ſiphones. n. græce dicuntur fiſtulæ per quas aqua eiicitur, a ſonitu quē facit aqua ipſa, ſed hic accipit pro eiaculatione urinæ, in modū fiſtulæ. ¶ Puella nāq;, ſic legē dum ut ſtet uerſus nō autē nam modo, puella cōſedit iſtic. i. apud uos ita eſt ordo. ¶ Pro qua bella ſunt pugnata, cū æmulis uidelicet meis. ¶ Boni oēs, ironicæ hoc dictum eſt, uos oēs uiri probi. ¶ Beatiq; i. qui uidemini beati ex quo hāc habetis puellam. ¶ Puſilli, puſillanimes uiles. ¶ Et ſemitarii moecchi, qui ſemp itis uia trita nō aūt per ſepta. q. d. qui ad publicas meretrices ſoliti eſtis ire, qua ēt metaphora Plautus in curculionis principio utitur, quidā codices ſemiſiccarii habēt, nā īfra ſiccam uocat mētulam. q. d. qui nō eſtis niſi ex media parte uiri, poſtea in codicibus mendoſis ſequitur tu præter oēs une de capillatis. Volunt nāq; aliqui hoc totū eſſe unum epigrāma, ſed & materiæ & carminis diuerſitas effecit ut duo pater primus et patrem ſequuti mox alii cōprehēderint, ꝗ ita ordināda ſunt ut ibi unius ſit principiū. ¶ Male eſt cornifici tuo Catullo. Alterius uero ibi ægnatius ꝙ candidos habet dentes in quo poſt illud carmen quare monēdus es mihi bone egnati carmē illud interſerendum eſt tu præter omnes une de capillatis cum tribus ſequentibus. Quemadmodum in codice ipſo ordine digeſſimus.

Semitarii moecchi.

EPIGR. XXXV

EXPOSITIO.

## AD CORNIFICIVM. EPIGRAM. XXXV.

ALE Eſt m Cornifici. Octo ſūt uerſus endecaſyllabi huius epigrāmatis ad cornificium ſcripti, quē damnat eo ꝙ non acceſſerit ad ipſum conſolādum cū in maximo cōſtitutus eſſet dolore ob ſibi detentā a contubernalibus puellā, ſicuti ī præcedenti uidimus epigrammate. ¶ Male eſt tuo Catullo. male ſe habet tuus Catullus, et hoc dicit quia puella amiſerat. ¶ Me Hercule

*Male eſt Cornifici tuo Catullo,*
*Male eſt, me Hercule. & laborioſe,*
*Magiſq; & magis in dies, & horas,*
*Quē tu (qd minimū, facillimūq; eſt)*
*Qua ſolatus es allocutione?*
*Iraſcor tibi, ſic meos amores*
*Paulum quidlibet allocutionis*
*Mœſtius lachrymis ſimonideis.*

Hercule



me hercule

Hercule & laborioſe, in ſcanſione non abiicitur uocalis, in hercule, me hercule uero iurantis, erat apud antiquiores quod magis cōſuetudine ꝗ̃ ratione dicitur. hoc enim ſignificat me iuuet hercules hinc Cicero in libro de optimo genere dicendi. Impetratum eſt a conſuetudine, ut peccare ſuauitatis gratia liceret, & pomeridianos quadrigas ꝗ̃ poſtmeridianas libentius dixerim & me hercule potius ꝗ̃ me hercules. ¶ Magiſq; ac magis in dies & horas. ſic legendum docuit pater ut uerſus ſtaret. ¶ Magiſq;, ſcilicet male illi eſt. ¶ Qua ſolatus alloqutione? q. d. nulla. ¶ Quod minimū facillimūq; eſt, per parentheſim hoc interpoſitum. i. quod paruum & facile eſt uerbis cōſolari amicum laborioſe ſe habentem. ¶ Iraſcor tibi, quia nō functus es ueri amici officio. ¶ Sic meos amores? Interrogatiue & cum indignatione hoc totum quod ſequitur legendum eſt, Zelotipia enim ductus, Iratus dolet, iratis uero ſermo patheticus & imperfectus datur ſicut apud Vir. in primo quos ego, & ſubintelligitur puniam, ita etiā hoc loco ſic meos amores, & ſupplendum amiſerim uel amiſſos conſolaris, uel parui facis, de aliqd huiuſcemodi. ¶ Paulum quid lubet alloquutionis. ſuple dediſſet. Cominatur enim idem ſermo imperfectus more irati & eſt ſenſus, Saltem ſi nolebas me conſolari, dixiſſes aliquid triſtius ut adiuuares fletum meum. ¶ Lachrimis ſimonideis. Aliquid mœſtius lachrimoſis uerſibus more Simonidis poetæ. Cuius pcipua fuit in cōmouēda miſeratiōe uirtus, ita ut quidam eū hac in pte oibus eiuſdē operis auctoribus præferant, ut Quintil. inqt lib. x.

Simonidis lachrime.

EPIG. XXXVI.

EXPOS.

## In Egnatium. EPIGR. XXXVI.

GNAtius ꝙ candidos habet dentes, hoc Epigrāmate trimetro iambico compoſito in egnatiū hiſpanū inuehitur eo ꝙ ſemper ridebat & ridēdo dētes lotio cādidos factos oſtētabat. ¶ Uſquequaq; renidet. licet renideo proprie ſplēdeo ſignificet, ſicuti Oratius in odis mea renidet in domo lacunar, tamē hic pro rideo improprie ut manifeſte apparet, poſuit Catullus, quoniā qui ridet quodāmodo ſplendere uidetur ſed cōpoſitio multitudinē indicat, ꝙ. i. quia nō aūt ꝗ legēdū eſt.

Renideo.

*Egnatius, qd cādidos habet dētes,*
*Renidet uſquequaque, ſeu ad rei uentum eſt*
*Subſellium, cū orator excitat fletū.*
*Renidet ille, ſeu ad pii rogum filij*
*Lugetur, orba cū flet unicū mater,*
*Renidet ille: quicqd eſt, ubicunq; eſt,*
*Quodcunque agit, renidet, hunc habet morbum*
*Neque elegantem (ut arbitror) neq; urbanum.*

¶ AD ſubſellia rei, riſus itēpeſtiuitatē oſtēdit, ridebat autē & in rebus minime ridēdis quas ipſe enumerat ſubſellia dicūtur paruæ ſellæ. nā ut inquit Varro lib. i. de lin. lat. A ſedendo. ſedes. ſedile. ſolium. ſellæ. ſeliquaſtrum. quod genus eſt ſediliū ut Feſtus expoſuit. Deinde ab his ſubſelliū & ſubſipere qd nō plane ſapit, ſic quod nō plane erat ſella, ſubſelliū, erāt autē ſubſellia minorū magiſtratuum ut triumuirorū tribunorum & queſtorum, ut Aſconius docet. Nā mai. res & nobiliores in ſellis curulibus & in tribunalibus iudicaturi ſede

Subſellia ſedes. ſedile.

bant. ¶ Rei, a uoto reus, eſt autẽ reus quicunq; in iudiciũ uocatur etiã ſi inſons fuerit. natura. n. quodãmodo nos cogit in tali tẽpore dolere, unde inquit Iuuenalis, plorare ergo iubet cauſam lugentis amici, ſqualoremq; rei. ¶ Cum orator excitat fletum quãdo ad cõmiſerationem auditorum animos mouere nititur orator. ¶ Cum lugetur. nõ tantum cum mater luget. Sed quãdo ipſa lugẽte reliqui ad luctum excitãtur, ipſe tamẽ ridet. ¶ Pii filii orba mater unicũ flet. hæc omnia emphaſim maximam habent, quia unum quodq; luctum accendere põt, uult enim ingentem fletum indicare. ¶ Hunc habet morbum, ridẽdi uidelicet.

*Soliũ. ſellæ ſẽ liquaſtrum ſubſipere reus*

¶ QVARE

*Quare monẽdus es mihi bõe egnati.*
*Tu præter omnes une de capillatis*
*Cuniculoſæ celtiberiæ fili*
*Egnati, opaca quẽ bonũ facit barba,*
*Et dens hibera defricatus urina,*
*Si urban⁹ eẽs, aut ſabinus, aut tyburs*

*Caſus paſſiui*

monendus es. ne ſemper rideas mihi uero pro a me, imo uerus caſus paſſiui datiuus eſt, ſic Virgi. dilecta ſorori, & Ora. ſcriberis uario. ¶ Tu une de capillatis, cum hiſpani omnes comã nutriãt unus tamen & ſupra cæteros p̃cipuus capillatus es. ¶ Cuniculoſæ celtiberiæ fili, in hiſpania natus, Celtiberia nanq; pars hiſpãiæ eſt Citerioris, Celtiberi uero ſic dicti q̃a ex celtis, gallis, & iberis, hiſpanis cõiuncti fuere. hinc Luca. gallorum celtæ iungentes nomen iberis, hi quadripartiti ſunt quẽadmodum Stra. lib. iii. refert. ubi etiã docet maximã cuniculorum in hiſpania copiã eſſe qui lepuſculi etiã uocãtur, hinc cuniculoſæ dixit, de celtiberis etiã Pli. lib. iii. cap. iii.

*Celtiberia.*

¶ Opaca quem bonum, barba tua denſa, & dentes cãdidi faciunt te uideri bonum, q̃a barba cõtegit faciem tuã peſſimã, alii uero exponunt bonum. i. p̃bum nã hypocritæ philoſophos agentes ſolebãt baculum & barbã portare, quos elegantiſſime Iuuenalis ſatyra ſecũda taxauit. ¶ Et dens urina defricatur. hoc. n. fuit moris apud hiſpanos, de q̃bus Strabo li. iii. hæc cõmemorat, cũ nulla educatione iſtituti. Sed neceſſitatis magis & brutorum animaliũ affectiõe et deprauatis moribus uitam agunt, niſi quiſpiam ad educationẽ bonã eos degere exiſtimet qui ex lotio diutius iter cloacas ſeruato lauacra ſibi cõficiunt, quiq; ſibi ſuiſque uxoribus intritis purgamentis, dentes abſtergant, quemadmodum cantabros confinesq; illis factitare fama eſt. ¶ Si Vrbanus eſſes, hoc non dico quia ſis hiſpanus quia ſi etiã eſſes Romanus uel ſabinus uel etiã ex alio loco propinquo. Tamen riſus tuus ita frequens mihi nõ placeret. Attamẽ tu natus es ĩ hiſpania ubi dentes lotio ſibi lauare cõſueuerunt, & quãto magis candidos oſtendunt dentes hoc etiã magis declarat eos plus urinæ imbibiſſe. ¶ Vrbanus, Romanus nã urbem per excellentiã Romã ĩtelligimus. ¶ Aut Sabinus, ſabini populi ſunt italiæ nõ longe ab urbe Roma a religione et deorum cultu ut inq̃t Pli. lib. iii. ca. xi. quaſi ſebini ἀπὸ τοῦ σέβειν. i. a colendo denominati, Silius uero a ſabo gentis auctore ſic. n. inq̃t, pars laudes ore ferebant ſabe tuas qui de primo cognomine prim⁹ Dixiſti populos magna ditiõe Sabinos, horum ẽt Strabo lib. v. meminit. ¶ Tyburs, Tybur oppidũ in Romæ cõſpectu fuiſſe docet Strabo lib. v. ab arginis fratribus Cora, Catillo, Tyburte,

*Mos immũdus olim hiſpanorum.*

*Vrbs Sabi.*

*Sabo*

*tibur.*



Conditum. Sed a Tyburte qui maior erat natu denominatum, Oratius ſecũdo car. Tybur argeo poſitum colono, & Virgilius. vii. fratris Tyburti dictam cognomine gentem, eſt autem in monte ſitum, hinc pronum uocauit Oratius, & Statius Gelidum in ſiluis ubi inquit Cernere facundi Tybur Glatiale Coloni, inde fiunt deriuata Tybur. tis. Tyburtis. te, & Tyburtinus.

*Vmbria.*

¶ AVT parcus

*Aut parcus umber, aut obeſus hetruſcus,*
*Aut lanuuinus acer, atq; dentatus,*
*Aut trãſpadan⁹, ut meos quoq; attigã*
*Aut q̃libet, qui puriter lauit dentes,*
*Tamẽ renidere uſquequaq; te nollem.*
*Nam riſu inepto res ĩeptior nulla eſt,*
*Nũc celtiber celtibera in terra natus*
*Q̃d' q̃ſq; minxit, hoc ſibi ſolet mane*
*Dentẽ, atq; ruſſam defricare gingiuã,*
*Vt quo iſte ueſter expolitior dens eſt,*
*Hoc te amplius bibiſſe prædicet loti.*

umber. Vmbriæ Italiæ regio eſt thuſciæ cõtermina, ut inq̃t Strabo lib. v. Vmbrorum autem gens antiquiſſima italiæ exiſtimatur, ut refert Pli. lib iii. capit. xiii. ut quos umbrios a græcis putent dictos q̃ inundatione terrarũ imbribus ſuperfuiſſent, et hinc fortaſſis ẽt parcos appellauit Catullus, quoniã antiquiores parſimonia maxime delectabãtur. ¶ Aut obeſus hetruſcus, Hetruria enim quæ alio noĩe Thuſcia, a ſacrifico ritu dicta, olim imperii Romani finis fuit, Tyberis. n. inter utrunq; ĩperium medius erat, unde hetruria, ut ſerui⁹ ait dicta eſt quaſi ἕτερος ὅρος alter terminus, alii uolunt ἀπὸ τῆς αἰθερασκαιοσύνης. i. a cælo et ſeruo, quia periti erant augurii, & ſic aſpiratione careret, & licet in græco diphthongus eſſet prima tamẽ corriperetur ſicut apud Virgi. ſic fortis hetruria creuit, de hac Pli. lib. iii. cap. v. & Strabo li. v. ſcripſere. ¶ Obeſus, pinguis. A. Gelius lib. xix. cap. vii. docet obeſum proprie gracilem ſignificare ἀκύρως uero uel κατὰ ἀντίφρασιν. i. ĩproprie & per contradictionẽ obeſum pro uberi & pingui dicimus. ¶ Aut lanuuinus acer, lanuuium oppidum fuit ad uiã appiam a Diomede conditum ut appianus inquit inde fit lanuuinus. ¶ Acer, fortis & dentatus magnos habens dentes. ¶ Aut trãſpadan⁹, trãſpadana regio ẽ illa italiæ quæ inter apẽninum et alpes ſita eſt, q̃uis alii ẽt aliter ſenſerint, de hac Pli. lib. iii. cap. xvi. ubi Venetiã de qua in ſequẽti capite agit a tranſpadana regione ſeparat, Catullus uero qui Veronẽſis fuit trãſpadanos omnes ſuos appellat, quẽadmodum Pli. qui Nouocomẽſis tranquillo & Euſebio auctoribus fuit Catullum cõterraneũ ſuũ appellauit, qui ex eadẽ italiæ parte fuit nõ autem q̃ & ipſe Plinius Veronẽſis fuerit, quẽadmodum nõnullos deceptos fuiſſe nõ ignoramus, niſi ea ratione Plinium Veronẽſem dixerimus q̃ fortaſſis iure ciuitatis Veronẽſis donatus fuerit. nã Cic. lib. ii. de legibus patriã duplicẽ eſſe dicit. Alterã naturæ alterã ciuitatis ut ille Cato cum eſſet Tuſculi natus in P. R. Ciuitatẽ ſuſceptus eſt, ita cũ ortu tuſculus eſſet ciuitate Romanus, habuit alterã loci patriam alteram iuris. Idem ẽt de Guarino auo meo dici poteſt, qui cũ Veronæ natus eẽt. Ferrariẽſis quoq; ciuitatis iure ob ſingularem doctrinam

*Tranſpadana regio.*

*Antiquorũ parſimonia.*

*Hetruria. Thuſcia.*

*obeſus*

*Lanuuium.*

*Catullus Plinii conterraneus.*

*Guarini patria duplex.*

*Plinius Vero. nõ fuit Plini⁹ quomõ Veronenſis intelligatur.*

*Patria duplex.*

catōis patriæ duæ,

cōdonatus fuit. ¶ Puriter lauit dētes, uel quū∂ eorū eēt ꝗ ſolēt dētes nō urina, ſed uel aqua uel uino puriter lauare, tñ nollē ſic ſemꝑ rideret. ¶ Nūc Celtiber, alii legūt Celtiberus ne ſyllaba deficiat ſed pyrrichius erit i ſecūda, i codice tñ antiquo ſic reperi, nō celtiber celtibera i terra natus et ſic erit Troche⁹ i tertia. ¶ Vt quo.i. q̄ſto. ¶ Hoc.i. tanto ꝑdicet palā indicet. ¶ Loti. pro lotii.i. urinæ uel lotii legatur ut ſit uerſus hypercatalecticus in quo una erit ſyllaba præter ſex pedes.

EPIG. XXXVII EXPOS.

## Ad Rauidum. EPIG. XXXVII.

Quæ nā te mala mēs miſelle rauide,
Agit præcipitē in meos iambos?
Quis Deus tibi nō bene aduocatus,
Vecordem parat excitare rixam?
Anne ut peruenias in ora uulgi?
Quid uis? qualubet eſſe notus optas?
Eris, quandoquidē meos amores
Cum longa uoluiſti amare pœna?

VAE Nā te mala mens. Endecaſyllabus uerſus eſt quo ſe rauidum riualem ſibi factum, iambicis pſciſſurū minatur. ¶ Miſelle raude, ſic legēdum non rauide quia ſyllaba una ſuperflua eēt, niſi illam cum uocali ſequētis carminis abiecerimus. ¶ In meos iābos, in iracundiam me am ꝑ quā iambos ſcribam contra te. ¶ Nō bene aduocatus, minime tibi Propertius et nequaq̄ cām tuam defendens. ¶ Excitare, inter te & me mouere. ¶ Rixā uecordē. ſtultā cōtentionē, quia tu uecors & ſtultus uideris me ad illā ꝓuocare, ¶ An ut peruenias, an hoc fortaſſe facis ꝗa cū alio modo, nec per uirtutē poſſis famā adipiſci, hac ſaltē uia uis notus multitudini fieri, quia quādiu carmina mea, tādiu īfamia tua durabit. ¶ Quid uis? Ex illo quærit, ꝗd nā uelit efficere ipm ꝓuocando. ¶ Qualubet eē notus. quaſi iam ꝑceperit ꝗd ille optet, inquit tu uis notus fieri, ſed facile hoc adipiſceris poſtquā uoluiſti. ¶ Meos amores, amicam meam amare, ¶ Qualubet. ſ. uia ſine ratione. ¶ Cū longa pœna, quia infamia tua tādiu durabit quoad carmina mea legētur.

## In Acmē Meretricē. XXXVIII.

Acmē an illa puella difututa.
Tota millia me decem popoſcit?
Iſta turpiculo puella naſo.
Decoctoris amica Formiani?
Propinqui, quibus eſt puella curæ,
Amicos, medicoſq; conuocate.

EPI. XXXVIII. EXPOS.

ACME an illa puella difututa, Carmē eſt endecaſyllabum, poeta uel meretrici dum in deliciis apud ipſam eſſet. x. millia per codicillos promiſerat, quos repoſcit ne teneatur ꝓmiſſa exoluere, uel pugillares apd ipſam ꝑdiderat, ſicut & Propertius ſuos amiſiſſe conqueritur, & illa ſi reſtituere debeat petit. x. millia nūmū quæ poeta indignatus ꝙ illa tantum petere auſa ſit, negat. ¶ Acme an. Indignatus per modum iterrogationis admiratur ꝙ acme meretrix. x. millia auſa ſit petere. ¶ Puella difututa. Cōpoſitio uerbi multitudinem ſignificat. q. d. a diuerſis ſubagitata. ¶ Tota millia. de dicto Demoſthenis hoc ſumitur a quo lais meretrix μυρίας δραχμὰς popoſcit, & ipſe re

Demoſthēis dictū.



ſpondit non emo tanti pœnitere. ¶ Turpiculo naſo. in ſequenti epigram. de illo loquetur. ¶ Decoctoris. Decoctores illi dicuntur qui bonis amiſſis conſumptiſq; creditores fallunt, hæc autē omnia cum amaritudine pronuntiātur a poeta. ¶ Propinqui quibus eſt puella curæ. legibus romanis inſano dabantur curatores propinqui ut, Cicero in catone maiore tangit, uocat igitur propinquos puellæ, ut medicos conuocent cum uideatur illa inſana eſſe.

Decoctores

Inſanis curatores dabant.

Non eſt ſana puella, nec rogate
Qualis ſit, ſolet hæc imaginoſum.
Adeſte endecaſyllabi, quot eſtis
Omnes undiq;, quotquot eſtis omnes.
Iocum me putat eſſe mœcha turpis,
En negat mihi ueſtra redditaram
Pugillaria, ſi pati poteſtis,
Perſequamur eam, & reflagitemus.
Quæ ſit quæritis, illa, quā uidetis
Turpe icedere myrmice, ac moleſte.
Ridentem catuli ore gallicani.

NEC Rogate qualis ſit, quaſi dicat facies ipſa mādifeſto ipſam inſanam indicat. ¶ Solet hæc imagioſum, ſi pati. q. d. ē furibūda, & ut inſana ſolet imagines ante oculos habere, ſicut de oreſte traditur. Cornelius li. iii. phrenitices ſpēs exequēs, tertium inquit inſaniæ genus eſt, cuius ſpēs duæ ſunt. nam quidā imaginibus nō mente falluntur, qualem inſanientē aiacem uel oreſtē fabulæ ferunt, Galenus quoq; imaginationis unum nocumentū putat qui dicatur ſtupor. Aliud congelatio, aliud alienatio, porro imaginandi potentia obdiſola poteſt incolumibus aliis, ſic etiā puella cum imaginoſum morbum pateretur, Credebat ſe formoſam cū deformis eſſet, & poſt hoc carmen in textu antiquo feneſtra ſeqtur & omnino uidetur aliquid deeſſe, ad ordinis perfectionem. Quod alii euitare uolentes ſic correxerunt, nec rogare qualis ſit ſolet hæc imaginoſum, ut ſit ſenſus, iſta nunq̄ aſpexit ſe in ſpeculo, quia ſi ſe adeo turpē uidiſſet decem millia nunq̄ peteret, et ſic Catullum uolunt imaginoſum pro ſpeculo eo ꝙ imagines reddat poſuiſſe. ¶ Adeſte endecaſyllabi. Sermonem ad endecaſyllabos cōuertit quos uocat, quibus poſſit puellam ulciſci quæ uidebatur iocos facere poetam. ¶ Iocum putat, quē ludit nō reddendo pugillares. ¶ Veſtra pugillaria, in quibus conſueui uos notare, erāt autem pugillaria tabellæ ligneæ ſiue cereæ in quibus ſtillo ſcribebant Vetuſtiores. ¶ Si pati poteſtis, quaſi dicat, niſi uerbis ueſtris ipſam perſequimini. ¶ Quæ ſit quæritis. ſi licet iſta meretrix et ideo ſubiungit ipſam indicans, & ſimul ipſius uitia enumerat. ¶ Myrmice, lento gradu et myrmicino nā μύρμηξ dicitur formica, ſic Plautus i menechmis moue formicinū gradum. ¶ Ac moleſte, adeo lente incedit, ut moueat odium ſpectantibus tardum ipſius inceſſum, & ſic legendum eſt, non autem modeſte ꝗa cum prius turpe dixerit cum eo non cōuenit modeſte, niſi forte modeſte hironice dictum acceperimus. Ridētem quia dum ſtudet uideri eſſe hilari & iocunda facie, habet aſpectum unius Catuli Gallicani. ¶ Catuli ore Gallicani, acſi diceret magno ore ut eſt canum qui ex gallia adducuntur, optimi enim inde aduehebant ad curſum, ut Ouidius inquit,

Oreſtes furioſus.

Imaginatio,

Pugillaria

ſtupor Congelatio. Alienatio.

Imaginoſum

Formicinus gradus

Canes optimi ex gallia.

uel ſicut nunc ad ſimilitudinem canis hiſpani dicimus, ita ipſe gallici dixerit. ¶ CIRCVNSIſtite, ne poſſit fugere tanq̃ ſint ſatellites. ¶ Reflagitate, clamando repoſcite, & ſubiũgit quo modo dicere debeant.

uerecundiam ſignificat. ¶ Ferreo canis ore, Catulus ut inquit feſt. Pomp. genus quodam uinculi eſt qui iterdum canis appellatur, Plautus in hanc ſententiam dixit. Cum Catulo ut accubes, ferreo ego dico. Catulus.

Circunſiſtite eam, & reflagitate,
Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos.
Non aſſis olidum facis lupanar,
Aut ſi perditius poteſt quid eſſe,
Sed non eſt tamẽ hoc ſatis putãdum,
Quod ſi non aliud poteſt, ruborem
Ferreo canis exprimamus ore,
Conclamate iterum altiore uoce,
Mœcha putida redde codicillos,
Redde putida mœcha codicillos,
Sed nil proficimus, nihil mouetur,
Mutanda eſt ratio, moduſq; nobis,
Siquid proficere amplius poteſtis,
Pudica, & proba redde codicillos.

## In Amicam Formiani. EPIGRAM. XXXIX.

Salue nec minimo puella naſo.

¶ Mœcha putida, olida adultera. ¶ Non aſſis olidum facis lupanar, Sẽſus eſt ſi non reddis pugillares, nõ tanti facis quanti eſt unius aſſis precium tuum lupanar, & ea q̃ in illo relicta ſunt, q̃ perdere potes, Vult enim quodãmodo minitari ſe oia ereptu rũ q̃ in lupanari ſuo habet niſi codicillos ſibi reſtituerit, uel ſit ſenſus & mea quidem ſentẽtia melior, tu quæ es olidũ lupanar, et ſi quid poteſt eẽ perditius, non aſſis facis, & ſupple reſtituere pugillares. ¶ Ac ſi perditius, quia nihil tam olidum dici poſſet quin tu ſis ẽt fœtidior. ¶ Sed nõ eſt tamẽ hoc ſatis putãdũ, nõ ſufficit hoc quod dixiſtis, q̃a licet ignominia affeceritis ipſam, tamẽ nõ uerecũdatur, & ideo ſubiungit ſi alia uia non poterimus ſaltem uniculis torquẽdo ipſam eliciemus. ¶ Quod ſi non, ordo eſt ꝙ quãobrem exprimamus ruborem ferreo ore canis, ſi aliud nõ poteſt ſcilicet ruborem exprimere, & uidetur iocari in uocabulo ruboris, qui & rubedinem, et

Ruber

¶ Exprimamus ruborẽ. q̃a dum torquebitur efficietur rubicunda. ¶ Cõclamate iterũ, quoniã illa non uidebatur audiſſe primam exclamationem, quoniam non reddebat pugillaria, ideo inquit iterũ ſimul omnes endecaſyllabi clamate. ¶ Sed nihil proficimus, quia illa non curat hæc conuitia. ¶ Nihil mouetur, uerbis noſtris.

¶ Mutanda ratio, repoſcendi uidelicet. ¶ Ratio & modus, conſilium & uia. ideo dicit. ¶ Pudica & proba, ironice namque illi blanditur.

## EPIGRAM. XXXIX. EXPOS.

SALVE Nec minimo, hoc endecaſyllabo Acmen eandem proſequitur eique corporis deformitatem obiicit, Quæ pulchritudine cum leſbia ſe cõparare audebat. ¶ Nec minimo naſo, magno, naſi aũt magnitudo mulierem reddit deformem, Oratius De pigis, naſuta, breui latere, ac pede longo.

Naſi magnitudo.



¶ NEC BELLO Pede, nimis longo uel lato, unde Virgilius in moreto de ruſtica, ſpatioſa prodiga planta, Cõtra uero Ouidius, pes erat exiguus pedis eſt aptiſſima forma. ¶ Nec nigris ocellis oculi nanq; nigri laudantur, Oratius, & lycũ nigris oculis nigro ꝗ crine decorũ. ¶ Nec longis digitis, imo breuibus & ideo deformibus, nã digitus longus iter muliebres corporis dotes cõmendatur. ¶ Nec ore ſicco. Sed ex eo ſaliua cõtinue fluit quemadmodum de naſo dixit Iuuena. iam grauis es nobis et ſæpe emungeris. ¶ Nec ligua elegante, nam oratio uenuſta mulieris amorẽ plerũq; ſolet conciliare. ¶ Ten? pro te ne, plenus eſt Plautus & Ter. huiuſmodi loquutionibus ſicut Viden. Audin. pro uides ne audis ne & ſimilia his & hæc legenda ſunt interrogatiue cum admiratione, ſenſus uero eſt, poſſum ne credere ꝙ prouintia dicat te eſſe bellam adeo ut te lesbiæ noſtræ comparet. ¶ O ſeclum inſpiciens. O homines inſpientes qui hoc ſæculo uiuunt & pœnitus iudicio carentes, qui nõ dubitãt turpẽ puellaʒ cũ formoſa cõparare.

Ten?

Nec bello pede, nec nigris ocellis.
Nec longis digitis, nec ore ſicco,
Nec ſane nimis elegante lingua:
Decoctoris amica Formiani:
Ten prouincia narrat eſſe bellam?
Tecum Lesbia noſtra comparatur?
O ſeclum inſipiens, & infacetum.

## Ad Fundum. EPIGRA. XL.

O funde noſter, ſeu Sabĩe, ſeu tyburs,
Nam te eſſe Tyburtẽ autumant, quibus non eſt
Cordi Catullum lædere: at q̃bus cordi eſt,
Quouis Sabinũ pignore eẽ cõtẽdũt.
Sed ſeu ſabine: ſiue uerius Tyburs,
Fui libenter in tua ſuburbana

## EPIGRAMMA. XL. EXPOS.

FVNDE Noſter ſeu Sabine, Tyburs. Fundo ſuo gratias agit cũ in eo a tuſſi liberatus fuerit quã apud ſextiũ cõtraxerat cum inter cœnãdum orationem quandam audiuiſſet, carmen uero iambicum trimetrũ eſt. ¶ Seu Sabine ſeu Tyburs, coniicere poſſumus ꝙ tam late Catulli ager ꝗ termini Tyburtini extẽdebatur, Et ideo cũ inter Sabinos & Tyburtinos de finibus agrorũ exorta eẽt (ut fit) diſſenſio, qui poetæ prodeſſe uolebãt agrum Tyburtinũ qui uero lædere ſabinum aſſerebãt. ¶ Funde noſter, ſub fundi appellatione licet multa ueniãt ut iuriſperitis placet, tamẽ fundus ager dicitur ſeu ꝙ ſit rei familiaris fundamentũ ſeu ꝙ quaſi ſemper aliquid ad uſus neceſſarios fundat. ¶ Quibus non eſt cordi, quibus nõ placet, quo uerbo utitur ẽt Terentius. ¶ Quo uis pignore. Ita etiã ut nõ dubitent pignus quãuis magnum ſuper hac re & controuerſia deponere. ¶ Autumãt, dicũt. Plautus in Amphi. niſi hoc ita factum eſt perinde ut factũ eſſe autumo. ¶ In tua ſuburbana uilla, uilla dicta eſt ruſticana domus quaſi uehilla, q̃a illuc fruges & inde in urbem

Fũdus

Autumat.

Villa

*Suburbanū.* uebantur, ut ſnia eſt Varronis in re Ruſ. Suburbana uero dicitur quæ prope urbem eſt, Suetonius in aug. nutrimētorum offenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta uelitras permodicus, inde ſuburbia dicta ideſt frequentes domus & contiguæ prope urbem qualia multa ante bellorum incendia iuxta Veronam, Patauinum, & hanc inclytam urbem noſtram Ferrariam cernebamus, quæ nunc Vallandarum urbium cauſa ad ciuium defenſionem ita diruta iacent, ut nedum cadauera ſed nec ipſorum ueſtigia appareant.

Villa, Alia qui tam pectore expulſus ſum.
Non immerenti q̄ mihi uertitur mens,
Dū ſumptuoſas appeto dedit cœnas:
Nā ſextianus dum uolo eē cōuiua.
Orationem in Accium petitorem
Plenam ueneni, & peſtilentiæ legit.
Hic me grauedo frigida, & frequens tuſſis.
Quaſſauit uſq; dum in ſinū tuū fugi,
Et me recuraui ocymoq;, & urtica,

¶ TVA Villa in domo ædificata ratione ipſius agri q̄ erat ꝑpe tybur. ¶ Alia q̄ tam pectore expulſus ſum non imerenti. Senſus eſt qui alia. ſ. uilla ideſt in alia. ¶ Expulſus ſum pectore non imerēti. i. merito. q. dicat culpa mea

ſim, & orationē audiendo quam ipſe mihi recitabat. ¶ Sextianꝰ cōuiua. Conuiuia Sextii. ¶ Orationem in actium petitorem, orationem quā ipſe contra actium cōpetitorem ſuū cōpoſuerat, & ita legendum docuit pater,

hoc mihi accidit quia inter cœnādum illum legentē orationē audire uolui, et innata eſt mihi tuſſis ꝑpter quā ueluti demens factus ſum. ¶ Quam mihi uertitur, quātū inſanio, dum orationē audiui. ſ. & tēpus eſt pro tempore, Aliter tamen ēt illud carmen legitur malāq; pectore expuli tuſſim, et hoc modo in fine carminis diſtinctionem faciemus ut ſenſus cum ſuperioribus cohereat, qui clarus erit, & poſtea ſequitur. ¶ Nō imerenti q̄ mihi uertitur mens, quā merito inſanio, & q̄ pro quantū per ſe legatur ad tam antecedens nō reſpiciens. ¶ Vertitur mens, ſic etiam uulgo dicere ſolemus mihi mens circūuoluitur. ¶ Non imerenti. i. merēti, duæ enim negationes unam faciunt affirmatiuā ut notiſſimū eſt, & rōnem ſubiungit. ¶ Dum ſumptuoſas, quia dum uoluit opiparū ſextii conuiuium ſectari in malam incidit tuſ

ter, non autē munatii petitorū, petitores aūt qui eundē magiſtratū petūt. dicuntur. *Petitores.* ¶ Plenā ueneni & peſtilentiæ, metaphorice. i. maledictorū quibus ille petitorē ſuū proſcindebat. ¶ Grauedo frigida, grauedo quā hippocrates κόρυζα nomiat, morbus eſt capitis q̄ nares claudit, uocem obtūdit, tuſſim ſiccā mouet, *Grauedo.* ſub eadem ſalſa eſt ſaliua, ſonāt aures, uenæ mouent in capite, turbida urina eſt, ut Cornelius inquit. ¶ Frigida, ex frigore cōtracta. ¶ Quaſſauit. Virg. idē de tuſſi, & quatit ægros tuſſis anhela ſues. ¶ In ſinum tuū, metaphorice ſinū uillæ appellauit. ¶ Et me recuraui otio & urtica, otio. i. qete. quies. n. plurimū ualet ad grauedinē. q̄ aūt otio. i. qeta et otioſa urtica iterpretātur, hi mihi otioſi pœnitus uidētur, ſunt q̄ legāt ocymo: qd̄ non improbo, eſt. n. genus herbæ quam Pli. lib. xx. capi. xii. Scribit cū roſaceo,



*Vrtica tuſſi medet.* aut mirteo, aut aceto capitis doloribus mederi. Vrticam uero tuſſis remedium afferre idem eſt auctor cap. xiii. lib. uigeſimiprimi, & Cornelius libro quarto, & Macer de herbis in capite de urtica quam græci ακαλήφην uocant, & tuſſim Veterem curat ſi ſæpe bibatur.

Quare refectus maximas tibi grates
Ago, meum quod nō es ulta peccatū.
Nec deprecor iam, ſi nefaria ſcripta
Sextii recepſo. quin grauedinem, & tuſſim.
Non mi, ſed ipſi Sextio ferat frigus.
Qui tunc uocat me, cum malum legit librum.

¶ QVARE refectus, priſtinæ ſaluti reditus. ¶ Grates ago, tibi o Villa uidelicet. ¶ Meū peccatum, q̄ uoluerim in alienā uillam diuertere ob cœnā opiperā. ¶ Nec depcor, nō recuſo. Virg. merui nec depræcor inquit. ¶ Si nephariaſcripta *Deprecor.* ſextii recepſo, ſi unquā recipiam mala illius ſcripta, quin frigus ferat grauedinē & tuſſim & poſtea iocoſe ſubiungit. ¶ Nō mi. i. nō mihi ſed ipi Sextio. ¶ Qui tum me uocat. *Vocat.* qui me in cōuiuiū inuitat, cum malum librum legit græci uero ita etiam dicunt κλητοὺς in conuiuium uocatos, & Plautus loquente paraſito. Vocatus & inuocatus accedo.

## De acme et Septimio. EPI. XI.

Acmen Septimius ſuos amores,
Tenens in gremio, mea inqt Acme,
Ni te perdite amo, atq; amare porro
Omnes ſum aſſidue paratus annos.
Quātum qui pote plurimum perire,
Solus in libya, indiaq; toſta,
Cæſio ueniam obuius leoni.
Hoc ut dixit, amor ſiniſtraq;, ut ante,
Dextra ſternuit approbatione.

ſitio. ¶ Perdite. Valde. ¶ In libya indiaque. in his enim regionibus fortiſſimos leones eſſe cōſtat Pli. lib. xiii. cap. xyi. ubi de leonibus, ſed lōge præſtātiores hi quos aphrica aut ſiria gignant. ¶ Cæſio leoni, cæſium dixere ueteres latini ut. A. Gel. libro. ii. ca. xxyi. notauit, q̄ſi cœliū de colore cœli. ideo ēt cæſius *Cæſi…* dictus leo huius coloris oculos habens. ¶ Hoc ut dixit. Poſtq̄ ſeptimius hæc uerba proloquutus eſt. ¶ Amor ſiniſtra ut ante dextra, ordo eſt amor ſternuit dextra approbatione, ut ante ſiniſtra. i. cœpit ꝓpitius eſſe, ſicut ante erat aduerſus & ſiniſter, ſternutationē nāq; habebāt pro ſigno cōfirmādi augurii et amoris, Proptius. Nam tibi naſcēti primus mea uita diebus. Aridus argutum ſternuit omen amor, & Ariſt. in primo de aialibus ſternutamētū eſt ſignū augurale Theocritus τῷ σιμιχίδᾳ ἔρωτες ἐπέπταρον ſimichidæ inſternuerunt amores. ¶ Dextra approbatione. i. ꝓpitia, & quāuis Cic. lib. ii. de diuinatione ſic dicat. In auguriis nobis. i. latinis ſiniſtra uidētur graiis & barba *Sternutatio. Auguralis. dextrū et ſiniſtrū in auguriis*

## EPIGRAM. XLI. EXPOSITIO.

ACMEN ſeptimius ſuos amores. Acmes meretricis quā odio habebat poeta tanq̄ quæ ipſum decē millia nūmū expoſceret, ut in alio ſuperius epigrāmate uidimus amores cum ſeptimio & delitias ac libidines cū quadā ſubſanatione recenſendo irridet. ¶ Acmen ſuos amores. Amicā ſuā et eſt appo

Aiax homericus

ris dextra meliora, unde Homericus aiax apud Achillē, quærēs de ferocitate troianorū. neſcio qd in hūc modū enūtiat, ꝓſpera Iupiter his dextris fulgoribus edit contra ennius, cū tonuit leuū bene tēpeſtate ſerena, ſed certe noſtri ſiniſtrū noiauerunt. externiq; dextrū, qa plerūq; id melius uidebatur &c. tñ dextrū pro propitio & ſiniſtrū pro malo plerūq; accipimus, cuius rei cām Ariſt. docet lib. i. de aialibus, nā oia quæ in corpore animantis ſiniſtra ſunt inualidiora exiſtunt, & hinc eſt ꝙ dicimus dextra eē magis firma & rata, & egrediētes domo dextrū pedē prius ꝓmouebāt quaſi boni augurii gratia. Vnde Sueto. ſcribit Auguſtū iter auſpicia ut dirū habuiſſe, ſi mane ſibi calcea ꝑperā ac ſiniſter pro dextro idueretur, & Virg. li. viii. ænei. & nos & tua dexter adi pede ſacra ſecūdo, ubi Seruius exponit hoīe ꝓſpero, qđ qdē quo mō itelligēdū ſit Cic. lib. ii. de diuinatione declarare uidetur, cū inqt, quāq; haud ignoro quæ bona ſint ſiniſtra nos dicere ēt ſi dextra ſint, ꝗuis tñ aliter Diony. hal. li. ii. iterpretet, ſed qm̄ quæri poſſet quo mō in cælo rotūdo dextrū & ſiniſtrū cōſiderari poſſit, Sciendū eſt, ſex eſſe poſitionis differētias. Corpora aūt animata ex ſe habent dextrū & ſiniſtrū ſurſum & deorſum, ante & retro, licet nō oia animata hæc oia habeāt, plantæ nāq; ſolū ſurſum habēt & deorſum. Animalia uero imobilia ſicut ſunt oſtreæ petris affixæ dextro carent & ſiniſtro, ſurſum dicitur quod eſt principiū alimēti ut os in nobis, radix in plantis, unde quidam dixerūt hominem arborem iuerſam eſſe. Deorſum eſt pars illi oppoſita ut pedes in nobis uertex in plantis. Dextrum eſt pricipium motus progreſſiui ſiue localis, a dextro enim fit motus in ſiniſtram partem. Siniſtrum eſt pars illi oppoſita. Ante eſt principium ſenſus. & pars in quā fit motus, retro pars illi oppoſita, cœlum autē corpus eſt animatum ut ait Ariſtoteles & Simplicius illi opinionē hanc aſcribit, & Thomas uir cœleſtis ingenii & doctrinæ minus ꝓſtigioſæ. licet Alexander & Boetius Alexandrum ſequutus de illo aliter ſenſerint, ex hoc ergo probat Ariſtoteles cœlum naturaliter ſex omnes poſitionis differentias habere, cum ſit corpus perfectum. Dextrum eſt oriens principium motus, ſolis. ſ. ſiniſtrum occidens ante eſt ſuperius hemiſpherium cœli, in quā partem fit motus, retro oppoſitum illius, ſurſum eſt polus auſtralis, deorſum uero polus arcticus, facile uero hoc intelligi poterit ſi imaginemur hominem magnum caput in auſtro habentem pedes ad arcticum polum, dextrum ad Orientem ſiniſtrum ad Occidentem, & ſic cœlum ad ſuperius hemiſpherium uoluere, polus ergo Septentrionalis dicitur aliquando nobis ſuperior, quia nobis ſemper apparet qui ſumus ſeptentrionales, non ꝙ ſit ſurſum ad cœli naturam, ſurſum autem & deorſum, ut hoc etiam obiter declaremus, quæ ſunt grauium & leuium loca, in mundo ſunt generabili & corruptibili, & locus ſunt ignis & terræ, & hæc quidem diffuſius dicta ſint tum pro huius loci, Tum etiam pro aliorū pœne innumerabilium apud poetas declaratione, pœnes quos non infrequens de cœli poſitionibus a paucis tamen immo quod abſque arrogantia dictum ſit, a nemine fortaſſis hactenus conſiderata mentio.

Dextrū & ſiniſtrū in cælo quomodo ſex pōnis drīæ. Hō eſt arbor inuerſa. Cœlū corpus aiatū. D. thomas.

Polus ſeptentrionalis: Surſū & deorſum.

¶EBR ios ocellos. mobiles ut ebriis inſunt, oculi uero mobiles a puellis laudātur quādo che i Ziſa

At Acme leuiter caput reflectens,
Et dulcis pueri ebrios ocellos,



uti uulgo dicitur, uel oculos ebrios ideſt oculos ſeptimii ebrii.

¶ILLO Purpureo ore. Ironice hæc omnia dicūtur. ¶ Sic inqt uti ſequitur. ¶ Septimille, diminutiuum a Septimio blandimēti cauſa. ¶ Huic uni domio. amori. ſ. ¶ Vſq; , ingiter ſeruiam⁹. ¶ Vt multo, ꝙ multo habet exclamationem quaſi dicat quæ multo maiore uror amore ꝙ tu. ¶ Ignis ardet. Amor uiuit. ¶ Hoc ut, dixit Acmes uides licet. ¶ Amor ſiniſtra quemadmodum ſeptimii dictum. Ita etiā Acmes Cupido approbauit.

Illo, purpureo ore ſuauiata,
Sic inquit mea uita Septimille,
Huic uni domino uſque ſeruiamus,
Vt multo mihi maior, acriorq;
Ignis, mollibus ardet in medullis,
Hoc ut dixit, amor ſiniſtra, ut ante
Dextra ſternuit approbatione.
Nunc ab auſpitio bono profecti,
Mutuis animis amant, amantur,
Vnam ſeptimius miſellus Acmen,
Mauult, quā ſyrias, Britanniaſq;,
Vno in ſeptimio fidelis Acme
Facit delitias, libidineſq;:
Quis ullos homines beatiores
Vidit? quis uenerem auſpicatiorem?

Mos antiquorū

¶ Nūc ab auſpitio bono profecti, ideſt ab amoris auſpitio, & ad morem reſpicit antiquiorem, quoniam Veteres nihil agebant niſi auſpitio prius ſumpto, ut Liuius et Cicero in ſecūdo de diuinatione, & Valerius maximus libro ſecundo capite primo teſtantur. ¶ Syrias britāniaſq;, ad maiorem uim exprimendam plurali uſus eſt numero. ¶ Facit delitias, ſe oblectat. ¶ Libidineſq;, coit. ¶ Venerem auſpicatiorem, cum maiori auſpitio incohatam, cum amor illi auſpitium dederit.

## EPIGRAMMA. XLII.

### EXPOSITIO.

I AM VERE gelidos e phrygiæ campis in quibus hyemauerat ad aſiaticas urbes profecturus poeta ſe ipſum & amicos alloquitur hoc endecaſyllabo. ¶ Tepores, ideſt tempus tepidum quale ſolet in uere eſſe. ¶ E gelidos quia extra frigus iam ſunt, ſicut egelida dicitur aqua cum incipit caleſieri, ut Suetonius in Auguſto, ſudabat ad flammam deinde perfundebatur egelida aqua uel ſole multo calefacta. ¶ Iam cœli furor, iam ceſſauit furibundus eurus qui ab ortu fiat æquinoctiali, et ſic uentū furorem cœli ideſt aeris appellauit. Cœlum nāque & aerem dicimus. unde eſt illud Lucretii in hoc cœlo quod dicitur aer. ¶ Sileſcit, tacet, quieſcit. ¶ Auris zephyri, flatibus Fauonii, qui uentus incipit uere ſpirare quo omnia germinant ſicut ſuperius annotauimus, tuncq; mare præcipue fit nauigabile. ¶ Linquātur phrygii, in phrygia namque hiemauerat poeta.

Egelida aq̄.

Cœlū.

## Ad ſe ipſum. EPIGR. XLII.

Iam uer e gelidos refert tepores,
Iam cœli furor æquinoctialis
Iucundis zephyri sileſcit auris,
Liquantur phrygii Catulle campi,

Nicæa q̃ olim Pruſi/as & olina.

NICEAEQ; ager uber. fertilis ſic legendum nõ ruber quia verſus nõ ſtaret. Nicea vero urbs eſt phrygiæ, antea oliua & pruſias dicta prope Aſcaniũ fluuium, de qua Plinius libro quinto capite ultimo, de hac etiam Strabo libro duodecimo ubi dicit, qđ prius Antigonia dicebatur ab Antigone conditore, deinde nicea a filia Antipatri, in eius antẽ circuitu campus iacet ampliſſimus & fertilitate præcipuus, cæterum æſtiuo tempore nõ admodum ſaluber, hinc æſtiuoſam uidetur Catullus appellaſſe. ¶ Volemus, cum celeritate perueniamus, ſic Virgilius in tertio, linquimus orthygiæ portus pelagoq; uolamus, nam velæ uidentur eſſe tãq; alæ nauium. ¶ Ad claras, nobiles.

Aſia.

¶ Vrbes aſiæ. Aſia tertia eſt orbis pars quæ in maiorem & minorem diuiditur Eaq; plurimas & clariſſimas habet urbes, de quibus Strabo Plinius, ex Pomponius.

Lætus

¶ Iam læti ſtudio pedes. læti, feſtini. Alacres, uel pedes Catulli qui in patriam reuertebatur læti, ut eſt, lætus eois eurus æquis & uela dabant læti, licet ſecundũ Donatum ordo ſit uix læti ut propter anchiſæ mortem non poſſent perfecte adimplere lætitiam uenien di in italiam, habeo tamen codicẽ in quo legitur iam uiæ ſtudio pedes &c.

¶ O dulces, Comites ſuos diſcedens alloquitur Catullus. ¶ Quos ſimul a domo, omnes enim ſimul diſceſſerãt cũ hiemãtum ueniſſent, nũc uero diuerſis itineribus recedebant. ¶ Diuerſæ uarie uiæ. Varie aduerbiũ eſt nõ nomẽ nec addẽdalẽ copula, alii uario legunt ſicut alio & illo dicimus, diſcedebãt nanq; omnes ſed uarie, nam alii qui libẽter in patriam reuertebantur. Aliqui moleſte cum fortaſſis amicas relinquerẽt uel uarie idest in uaria loca.

Niceæq; ager uber æſtuoſæ,
Ad claras Aſiæ uolemus urbes,
Iam mens prætrepidãs auet uagari,
Iam læti ſtudio pedes uigeſcunt,
O dulces comitum ualete cœtus,
Lõge quos ſimul a domo profectos,
Diuerſæ uario uiæ reportant,

Ad Porcium & Socrationem.
EPIGRAMMA. XLIII.

Porci, & Socration, duæ ſiniſtræ
Piſonis ſcabies, fameſq; mundi.
Vos Veraniolo meo, & Fabullo

EPIGRAM. XLIII. EXPOSITIO.

P Orci & Socration. Carmine endecaſyllabo aliud eſt epigramma compoſitum, quo grauiter inuehitur in portium & ſocrationem cinædos quibus a Piſone prætore, duos alios adoleſcentes, Verannium et fabullum poſtpoſitos dolet.

Scabi

¶ Siniſtræ ſcabies. Scabies ab aſperitate dicta eſt. Scabrum nanq; aſperum dicimus, & eſt morbus contagioſus, cum puſtulæ per corpus innaſcuntur, inde uulgo ſolemus peſſimos, homines metaphorice Scabion appellare.
¶ Fameſq; mundi, qui deuoratis omnia & facitis mundum famelicum, hyperbole Catullo conueniens eſt, nec decet.
¶ Fameſq; memmii, legere nam piſo in hiſpania memmius in Aſia fuit.

Verpus



VERPVS ille priapus, ignominioſe & in cõtemptum Piſonem mentulam appellat circũciſam, tanq; qui inter iudæos initiatus eẽt, & in hoc quoq; ipm taxat. nam iudaicum ius uetitum in urbe erat. Vnde

Iudaicũ ius uetitũ Verpa Verpi.

Suetoni⁹ in Domitiano ſcribit præter cæteros iudaic⁹ phyſcus acerbiſſime exactus eſt, ad quẽ deferebãtur, qui uelut profeſſi iudaicam intra urbem uiuerent uitam, & Quinti. lib. iii. dicit cõditoribus urbium infame eſſe contraxiſſe aliquã pernitioſam cæteris gentem qualis eſt primus iudaicæ ſuperſtitionis auctor uerpa ab inuerſa pellicula mẽbrum dicitur, inde uerpi iudæi appellati quibus loco baptiſmi præputium circũcidere moris eſt, unde iudæus appela ab Oratio dictus eſt, qui eadẽ quoq; de cã curtis iudæis oppedere dixit quos etiam recutitos appellauit. Martialis lib. vii. Nec recutitorum fugis inguina iudæorũ. Alii tamẽ uerpos a uerẽdo podice dictos putant. ¶ Conuiuia lauta. lautum ut nonius inquit mundum et elegãs dicitur. ¶ Sumptuoſe, magno ſumptu. ¶ De die, hoc guloſum habebatur. hinc Oratius potorem bibuli media de luce falerni, & Terẽtius in adelphis ſcortum adducere parare de die conuiuium, licet aliter ibi exponat Donatus, T. Liuius de Annibale intra Capuam luxuriante, cœperunt epulari de die & Virg. lib. iiii. de Didone, atq; eadem labente die conuiuia quærit. ¶ Mei ſodales, Verãnius et fabullus. ¶ In triuio. tanq; in loco ad quẽ maior confluit multitudo, ut facilius poſſint cibũ conſequi. ¶ Quærũt uocationes. inuitationes ad conuiuium. q. d. mendicãt cibũ.

Cõuiuari de die.

Verpus præpoſuit priapus ille,
Vos conuiuia lauta ſumptuoſe
De die facitis, mei ſodales
Quærunt in triuio uocationes.

EPIG. XLIIII.
EXPOS.

Ad Iuuentiũ. EPGR. XLIIII.

Mellitos oculos tuos iuuenti,
Siquis me ſinat uſq; baſiare,
Vſque ad millia baſiem trecenta,
Nec unquam uidear ſatur futurus,
Non ſi denſior aridis ariſtis
Sit noſtræ ſeges oſculationis.

M ELLITos oculos, carmẽ ẽ eiuſdem generis cuius et præcedẽs. Sed aliud eſt epigrãma, quo ſuũ exprimit deſiderium quo tenetur adoleſcentem iuuentium oſculandi. ¶ Iuuenti, de hoc etiã ſuperius epigrã. xxi. ¶ Mellitos, dulces a melle, & amatorie hoc dictum eſt. ¶ Vſq; baſiare, iugiter & ſine intermiſſione. ¶ Vſq; ad millia, præpoſitionis ſignificationẽ mutauit ut Propertius tu licet uſq; ad tanaim fugias uſq; ſequeẽ amor. ¶ Oculos, de his maxime dixiſſe uidetur, quoniã ut inqt li. xi. Pli. Oculos cũ oſculamur aĩum ipm uidemur attigerẽ. ¶ Nec unq; uidear ſatur futurus. Cum carminis iſtius dictiones ſic iuerſæ prius legerentur, ut uix ſenſus elici poſſet, ſic legendum pater meus monſtrauit, clariſſimo ut patet ſenſu⁹. ¶ Non ſi denſior, lepide poeta ꝑ metaphorã a re ruſtica ſumptã baſiorum multitudinem declarat, nõ. ſ. ſatur eſſem. ¶ Si ſeges noſtræ oſculationis ſit denſior aridis ariſtis, ſi plura etiã oſcula ſumerem quã ſint ariſtæ in ſpicis frumentorum extantes.

Vſq;

EPIGRAMMA.XLV.EXPOS.

d Iſertiſſime Romuli nepotũ. Verſus eſt endecaſyllabus quo. M. Tullio Ciceroni cum ab eo defenſus fuiſſet gratias agit, cauſam uero ab illo defenſam de fondo Tyburtino fuiſſe exiſtimare poſſumus, de quo ſuperius Epigrã. xl. ¶ Romuli nepotum, Romanorũ qui a romulo originem traxere. ¶ Peſſimus omniũ poeta. ſe extenuat Catullus, & Ciceronẽ extollit, tanq̃ optimum patronum patronus uero et cliẽs correlatiua ſunt nomina Romulus primus apud Romanos ut plebeii i clientella eſſent patritiorũ & officia utriſq; percõmoda inſtituit, quæ diffuſius Dionyſius lib. ii. Romanarum antiquitatum cõmemorat, cum mos tamẽ hic græcus & priſcus eſſet, quo et Teſſali diu uſi ſunt, et Athenienſes a principio cũ meliora ſumpſerũt, Vocabãt athi cliẽtes thetas a ſeruitute, Theſſali uero penetas, exprobrãtes eis ſtatim in appellatiõe ipſa fortunã. At Romulus patronos et cliẽtes uocãs rem ipſam decẽti honeſtauit cognomine, fuit aũt. M. Tullius orator et patronus eminẽtiſſimus extra oẽm igenii aleã poſitus ut i p̃hœmio naturalis hyſt. Pli. exiſtimauit, cuius ẽt laudes breuiter li. vii. c. xxx. enumerat.

patronus et cliens M. tullii.

Thetæ penetæ

## Ad Marcũ. T. C. EPIG. XLV.

Diſertiſſime Romuli nepotum,
Quot ſunt quotq; fuere Marce Tulli
Quotque poſt alijs erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit peſſimus omnium poeta,
Tanto peſſimus omnium poeta,
Quanto tu optimus oĩum patronus.

## Ad Licinium. EPIG. XLVI.

Heſterno Licini die ocioſi
Multũ luſimus in meis tabellis,
Vt conuenerat eſſe delicatos.
Scribens uerſiculos uterq; noſtrum,
Ludebat numero mõ hoc, mõ illoc,
Reddẽs mutua p iocum, atq; uinum,
Atque illinc abii tuo lepore
Incenſus Licini facetiiſq;.
Vt nec me miſerũ cibus iuuaret,
Nec ſomnus tegeret quiete ocellos,
Sed toto indomitus furore lecto
Verſarer, cupiens uidere lucem,
Vt tecum loquerer, ſimulq; ut eſſem,

EPIG XLVI. EXPOS.

b Eſterno licini die ocioſi, hoc endecaſyllabo Calui poetæ facetiis ſe captum ſcribit, cum quo uerſus ſe compoſuiſſe refert. ¶ Multum luſimus, carmina cõpoſuimus. Virg. Ludere quæ uellem calamo permiſit agreſti. ¶ In meis tabellis, q̃a ſcribebat & Licinius ita bellis a Catullo datis, alii tamen nõ in meis ſed inuicem legũt, q̃d nec reiicio nec recipio. ¶ Vt cõuenerat, inter te et me. ¶ Numero modo hoc modo illo, uel qualitatem carminis reſpexit ut magis credo quia modo phaleutio modo iambico certabãt, uel numeruʒ uerſuum quia uiciſſim totidem ſcribebãt uerſus. ¶ Incenſus, diuino tuo furore ita accenſus ut cibus me minime iuuaret. ¶ Per iocum atq; uinum, iocando ſimul & bibendo. ¶ Cibus iuuaret, qui enim aliquo tenẽ-

Ludere



tur deſiderio & amoris maxime, hi nec cibũ cape nec q̃ſcere aut dormire q̃unt, hinc Ouid. eſſe q̃d hoc dicã q̃ tam mihi dura uidẽtur ſtrata, neq; in lecto pallia noſtra iacent. ¶ Videre lucem, diem. ¶ At Defeſſa. poſtq̃ inq̃t præ nimio labore uigilandi corpus defeſſum tãdem quieuit. ¶ Semimortua, ex iſomnia defatigata. ¶ Hoc poema, hoc epigramma eſt nanq; poema pars operis alicuius. ¶ Meum dolorem, quem patior ex abſentia tua. ¶ Hunc audax caueas. rogat ut ad ſe reuertatur, ut Catulli dolorem caueat, uel hoc legatur. ſ. poema ut ſit ordo, caue deſpuas hoc poema, i. preces has quas adhibeo ut uenias. ¶ Caue q̃ in hac dictione ue modo longa modo breuis ſit ea eſt ratio quã Ser. & Priſcianus adducũt quoniã hæc uerba & ſecũdæ & tertiæ ineniuntur declinationis. ¶ Deſpuas, deſpicias in ea nãq; deſpuimus quæ cõtẽnimus. ¶ Ocello. deſpicientes. n. oculum detorquere ſolent. Vt ocelle legatur. i. o mi ocelle & blandientis eſt. ¶ Vranius, parenteſis eſt. ¶ Ne pœnas, nã ſi ſupbe nimis preces meas contẽneres. Nem ſis de te ſupplicium ſumeret, eſt nanq; nemeſis dea his inimica qui ſecunda fortunã tumide ferunt. Lucanus & tumi iis in feſta colit qua numina Rhamnus, unde & Rhamnuſia dicitur, ſic dicta a rhamnũte Attice regionis pago, ubi ſtatuam habuit, de qua Stra. lib. ix. et Pli. li. xxyiii. capi. ii. & Plutharc⁹ i Theſeo, pturbatio eſt miſericordiæ cõtraria ſcdm Ariſto. in Rhe.

Nemeſis. Rhamnuſia.

Caue.

Deſpuere.

At defeſſa labore mẽbra, poſtquam
Semimortua lectulo iacebant,
Hoc iucunde tibi poema feci,
Ex quo perſpiceres meum dolorem,
Hunc audax caueas, p̃ceſq; noſtras
Oramus caue deſpuas ocelle.
Ne pœnas Nemeſis repoſcat a te.
Eſt uehemẽs dea, lædere hãc caueto.

## Ad Lesbiam. EPIGR. XLVII.

Ille mi par eſſe deo uidetur,
Ille ſi fas eſt, ſuperare diuos,
Qui ſedens aduerſus identidem te
Spectat, & audit.
Dulce ridentem, miſero quod omneis
Eripit ſenſus mihi, nã ſimul te
Lesbia aſpexi, nihil eſt ſuper mi
Quod loquar amens.
Lingua ſed torpet, tenueis ſub artus
Flamma demanat, ſonitu ſuopte
Tinniunt aures, gemina teguntur
Lumina nocte.
Ocium Catulle tibi moleſtum eſt.
Ocio exultas, nimiumq; geſtis
Ocium & reges prius, & beatas
Perdidit urbes.

EPIG. XLVII. EXPOS.

i LLE MI par eẽ deo uidet. carmẽ eſt ſappbicũ, quo fœlicitatem maximam declarat, in qua ſe poſitum exiſtimat, cũ ſibi lesbiã uidere & audire cõceditur. ¶ Si fas eſt. q. d. ſi homini de deis talia dicere licet. ¶ Aduerſus. cõtra te dulce ridẽtem. ¶ Dulce ridẽtem, pro dulciter nomẽ pro aduerbio, Oratius dulce ridẽtẽ lalagẽ amabo dulce loquentẽ. ¶ Quod. ſ. dulciter ridere. ¶ Eripit oẽs ſenſus, exanimatũ & attonitũ me reddit. ¶ Nihil eſt ſuper mi uoce locuta lingua. i. lingua nihil ultra poteſt loqui ſed torpet, in codice alio tamẽ ita ſcriptũ cõperi, nihil eſt ſuper mi ſpi-

ritus eris, alii uero ſubſtituerũt quod loquar amens, in codice antiquo & manu ſcripto aderat feneſtra loco uerſus adonii. Torpet. ſine proprio fit ſenſu. Tenuis flamma. ſenſim ſubintrans. Tintinat aures, in auribus ſonitus fit more æris percuſſi. Sonitu ſuopte, non ex cauſa alia exteriore. Lumina oculi, uiſum amittunt, oſtendit nãq; ſe oẽs ſenſus pœnitus amittere. Gemina nocte. in ambos oculos tenebræ oboriuntur. Otium Catullæ, redarguit has ſuas cogitationes quæ ex nimio ꝓueniũt otio, quo & urbes & reges multi perierunt ut Ouid. quæritis ægiſtus quare ſit factus adulter i prõptu cã ẽ deſidioſus erat. Tibi moleſtũ ẽ, tibi nocet.

## In Nonium et Vatinium. EPIGRAMMA. XLVIII.

Quid ẽ catulle, qd moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius ſedet.
Per conſulatum peierat Vatinius,
Quid eſt catullus, qd moraris emori?

## Ad Ruſticũ. EPIGRA. XLIX.

Riſi neſcio quem modo in corona:
Cui cum mirifice Vatiniana
Meus Carmina Caluus explicaſſet,
Admirans ait hæc, manusq; tollens,

EPIG. XLVIII. EXPOS.

QVID eſt catulle, hoc iam bico trimetro adeo indignatur poeta ut mori quãdamodo cupiat, eo ꝙ Noniũ ſtrumam in ſella ſedẽtem & Vatiniũ cõſulem indigniſſimos hoĩes uiderit, huius Strumæ meminit Pli. lib. xxxvii. ca. vi. ubi de opalo gẽma loqtur his uerbis. Si quidẽ extat hodieq; huius generis gẽma propter quam ab Ant. proſcriptus Nonius ſenator eſt filius ſtrumæ, Nonii eius quẽ Catullus poeta in ſella curuli uiſum indigne tulit, Auusq; Seruilii Noniani, quẽ cõſulem uidimus & c. Vatinii uero meminit & eius conſulatus Macrobius lib. ii. ſaturnaliũ ubi dicta Ciceronis explicat, & ſic inquit in cõſulatu Vatinii quẽ paucis diebus geſſit, Notabilis Cic. urbanitas circũferebatur, magnũ oſtentum inqt anno Vatinii factũ eſt, q; illo cõſule nec bruma, nec uer, nec æſtas, nec autũnus fuit, quærẽti deinde uatinio q; grauatus eſſet domũ ad ſe infirmatũ uenire, reſpondit, uolui in cõſulatu tuo uenire, ſed nox me cõprehẽdit, in hũc etiã extat Ciceronis Oratio. Sella in curuli. Sella curulis uel a curru uel a curuis pedibus dicta erat, i qua maiores magiſtratus ſedebãt. Per cõſulatũ, ſolemus nãq; p res cariſſimas iurare, ideo idignatur ꝙ Vatinius per cõſulatũ iuret cũ paucis diebus conſul fuerit. Quid moraris emori. q. d. mori potius deberes q; talia uidere, uel qd eſt. q. d. q̃ cã ipedit ut nõ moriaris.

Strũa Vatinius.

Cice. urbanitas.

Sella cerul[is]

Neſcio quis.

Iura[mentũ] p res cariſ[ſimas].

Cõſ[ue]tudo doct[o]rũ n[õ] pbã[da].

EPIGRAM. XLIX. EXPOSITIO.

RISI NEſcio quẽ. Carmẽ eſt endecaſyllabũ et eſt epigrãmatis ad ruſticum inſcripti principiũ, cuius tanta eſt obſcuritas ut iterprætamẽtũ a multis & his quidẽ doctis diu quæſitũ a nemine tamẽ adhuc repertũ fuerit, tantus eſt aũt quibuſdã uanus timor inſitus, ne doctorũ nomen amittãt, ut dum ſe natos ducunt, ut oĩa ſciant, dumq; fateri erubeſcunt ſe quædã neſcire, in uoluminibus poetarum, uerſus inuertere, uerba uerbis cõmutare, & ſenſum ipſum alio



ducere non uereantur, quædam etiã adeo ab ipſorum auctorum mente aliena pronuntiant, ut anicularum deliramenta potius q; doctorũ uirorum cõmenta eſſe uideantur. Quare ſi poetæ ipſi ab inferis euocati reuiuiſcerẽt, uerſus ipſos tanq; ſuos nõ agnoſcerẽt, et his attributos ſenſus tanq; minime a ſe excogitatos admirarentur. Quã rem in præſentiarum mecum ipſe cogitans ſtatueram potius epigrãma ipſius intactum relinquere, q; uel ab aliis dicta recenſere, uel uerum ſenſum nõ elicere, uerum tamẽ ne de ipſo quid ſentiam a ſtudioſis deſiderari poſſit, pauca quædã in medium adducam. Ita tamẽ ut illud imprimis admoneã, meum de hoc epigrãmate iudiciũ eẽ, ut multa in ipſo temporũ uetuſtate deprauata exiſtimẽ, & idcirco de ipſo amplius quærendum. Riſi neſcio quẽ, ad ruſticum ſcribit ſe riſiſſe quendam libonem imundum & ſordidum hominem qui cum ſuperius epigrãma cõtra Vatinium a ſe compoſitum, a caluo in foro in hominum cœtu recitaretur, facete admodũ, cum admiratione ipſius calui laudarit ingenium. Neſcio quẽ, in contemptum, & de ignoto ſic dicere ſolemus, Ouidius lib. xiiii. Nam uos narrare ſoletis neſcio quem regnare Iouem, Terentius in ecyra. Vitium eſt oblatum a neſcio quo improbo, ubi Donatus neſcio quẽ dixit ut oſtendat ignobilẽ. In corona, in cœtu aſtantium. Vatiniana carmina, præcedens epigrãma, in quo eſt morſus cõtra Vatiniũ. Caluus, amicus Catulli, qui Vatinio infenſus erat, & ideo ubiq; carmina a Catullo contra ipſum cõpoſita recitabat. Admirans ait hæc, cũ admiratione quæ ſequuntur, dixit. Manuſq; tollẽs, is nãq; eorũ, qui admiratione afficiunt queſtus eẽ cõſueuit.

Dei magni ſalaputium diſertum
Actoris caput oppido eſt puſillum

DEI Magni ſalaputium diſertum. Verba ſunt hæc ab illo libone prolata, quibus per exclamationẽ admiratur ſales in Vatinium per Caluum enũciatos, Salaputium, dictio eſt quaſi ſalapuſium dicta, cõpoſitaq; ex ſale & puſios, ſiue puſio, quæ ſignificat hominem paruum plenum ſale. i. facetiis & mordacitate, qua dictione libo caluũ appellauit, et ideo riſum mouit, huius aũt loci meminit Seneca lib. iiii. ſuaſoriarũ. Cõtrouerſia uigeſima. Erat Caluus paruulus ſtatura ꝓpter quod etiã Catullus in endecaſyllabis uocat illum Salaputiũ diſertum, qui uero Senecã nõ legerunt, uel legiſſe nõ meminerunt. Alii Salapantium. i. totum ſalſum dictione ex græco & latino compoſita. i. ex ſale ὅλον τὸν legerunt. Alii Saliplantiũ ut ex ſalibus Planti cõpoſitũ fecerit, & ideo ex nouitate cõpoſitionis riſum excuſſum dixerit. Alii ſolipũgiũ. i. mordacẽ ex ſimilitudine, quoniã ſolipungia, ut feſtus inquit beſtiola eſt quæ ex ardore ſolis cõcitata acrius pungit. Alii Holopachiũ ut ſit nomẽ a mẽſura cubiti deductum πῆχυς (?) . Sed prima lectio & uerior & purior & antiquior mihi ꝓculdubio uidetur. Dei magni, exclamatio eſt, ſic Terẽtius, dei boni, boni quid porto. Othonis caput oppido eſt puſillum. in cõparationẽ Calui dicit othonem habere paruum caput. i. cerebrum q; uis uideatur ſapere ex quo legẽ tulit conſule Cicerone theatralẽ, de qua Plutharcus in uita Ciceronis, unde Oratius in epiſtolis, Roſcia, dic melior lex an puerorũ nenia, fuit nãq;. L. Roſcius otho appellatus & in epodo ſedilibuſq; magnis othone cõtempto ſedet, unde etiam

Salapu[tium].

Solipũgia.

Roſcia lex.

Iuuenalis in.xiiii.effice ſummā bis ſeptem ordinibus quā lex dignatur othonis, uoluit igitur ueluti Satyrico felle, othonem ipſum taxare, qui diuitias uirtuti antepoſuit, honoratiora loca in theatro d:uitibus cōcedens, is nāq; ſanxit, qui quadringenta ſextertia poſſideret in.xiiii.primis gradibus ſederet, damnat igitur othonē tanq̄ parum prudentē in lege ferenda.q.uelit inferre iſte Caluus mereretur primos gradus niſi peſſima lege Othonis prohiberetur. ¶ Oppido puſillum, Valde paruum et poſt hæc uerba ſequebantur duo hi uerſus. Hoc iocunde tibi poema feci, ex quo perſpiceres meum dolorē, ſed cum in epigrāmate.xlvi.ſuperius poſiti ſint, male hoc loco interpoſitos exiſtimans pater meus, expunxit. neq; enim cohærēt nam dicit prius ſe riſiſſe & poſtea ſubiungit ut reſpiceres meum dolorem.

At en ruſtice & Hemilauta crura,
Subtile, & leue peditum Liboni eſt,

Ad.C.Cæſarē.EPIGRA.L.

Si non oīa diſplicere uellem
Tibi, & ſuffecio ſeni recocto,
Iraſcere iterum meis iambis
Immerentibus unice imperator:

¶ AT EN ruſtice ſemilauata crura, quoniā in pricipio dixerat riſi quendā ideo uult nūc declarare quis nā ſit ille. Vide inquit o ruſtice quo modo libo iſte eſt imundus & ſordidus habet crura ſemilauata.i.ſordida. Alii hemilauata legere malūt quod idem eſt, ſed tūc copula erit addēda et hemilauta crura ut ſtet uerſus. ¶ Subtile & leue peditum liboni, eſt. peditum nōnulli a pedo ſupinum eſſe uolunt & fœtidam uentris efflationē intelligunt, quibus fortaſſis aſſentirer, niſi Priſcianus libro.x.ſic diceret ab eo q̄ eſt pedo ſupinū in uſu nō inueni. Quod ſi etiam præter uſum a Catullo poſitū acceperimus quo modo cohæreat non uideo, neq; enim adiectiuum ſupino iungimus. Ego uero multum diuque ſup hac dictione cogitaui, deniq; igenue fateor me neſcire quid ſit, & ideo de ipſa ſicut & de toto ipſo epigrammate amplius quærendum exiſtimo, niſi peditum ſubſtantiuum eſſe dixerimus ut ſit hoc peditū.i.pro crepitu fœtido corporis poſitum, & ſic dicat libonem pœnitus immundum qui crepitus uentris emittat et

Pedo caret ſupino

peditū ſubſtātium.

tamē ſcit tam docte, tā iocoſe dicere de caluo, q̄buſdā ēt placet q̄ catullus uſus ſit ipersonali paſſiue uocis peditū eſt, ut ſit ſenſus q̄ ubi iſte libo dixit hæc uerba ſtatim ēt circūſtātibus peditum eſt ei.i.ore crepitū uētris imitātes ſonuerūt quorū opionē recitaſſe ſat eſt, uir ēt q̄dā apprime doctus nō carmina, ſed crimina. Nō othonis ut oēs hn̄t codices, ſed actoris legēs. Aliter totū ipm epigrāma iterpretatur, lectores quā magis pbauerint ſniam eā ſequant̄, ego ſane optarē uir ille mihi idicaſſet q̄d peditū libonis hoc loco ſignificet ut melius ipſius interpretamēto Catullianū epigrāma clareſceret, pterea pcipe nō poſſum cur ille cōtēdat actoris nō othonis legēdū eē cū dicit, q̄.n.uicinitas ē othonis & calui cū nuſq̄ dicat̄ caluus otho, q̄d.n.ad catullianū iterpretamētū refert, an otho Caluus dicat̄ cū Catullus de caluo et othone tāq̄ de duobus & nō de uno tantū loquat̄.

EPIGRAMMA.L.EXPOS.

SI NON oīa diſplicere uellem. Carmē eſt endecaſyllabū. Alterius uero eſt epigrāmatis a ſupe



riore diuiſi principiū, in quo aliquid deeſſe pater meus exiſtimauit cū feneſtram in codice ſuo notauerit, ſed cum aliæ lucem præbere ſoleant hæc in Catullo obſcuritatem præbet, ſcribit autē ad.C.Cæſarē. Cōſtat nāq; Cæſarē Catullo iratū, ob notā uerſiculis de mamurra ſibi inuſtam, unde uolēs poeta illi ſatisfacere hoc ſcribit epigrāma, de quo trāquillum intellexiſſe exiſtimo in Cæſare cū inq̄t, Valerium Catullum a quo ſibi uerſiculis de mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſimulauerat ſatisfacientē eadem die adhibuit Cœnæ hoſpitioq; patris eius ſicut cōſueuerat uti perſeuerauit. Adiurat ergo ſe quæ ſcripſerit cōtra Cæſarem uelle ei diſplicere q̄ niſi ita ſit ipſe Cæſar iterum iraſcatur ſuis iambis, poſſumus etiā legere. Ni non omnia ut ſit ſenſus. Si non opto q̄ omnia mea ſcripta tibi & ſuffecio placeāt ſum cōtentus, ut iterum mihi meiſq; iambis iraſcaris, ni opto diſplicere.i.tibi placere, duæ etenim negationes affirmant. ¶ Suffecio, quis nā fuerit hic ſuffetius nuſq̄ quod meminerim legi ſed Cæſaris amicum fuiſſe, cōiectari poſſumus. ¶ Seni recocto, apud Oratium ſatyra.v.ſecundi libri Sermonum, Oratianum illud plerūq; recoctus ſcriba ex quinqueuiro coruum deludet hiantem ſic interpretatur, Recocti dicunt̄ ſcribæ qui ſæpius pro cōſulibus ad puintias miſſi exercitatiores facti ſunt ex ipſa frequentia & ipſo uſu, Seruius in.xi.in fabula Camillæ, & ſubere cocto. Nam multi tēporis aliquid coctum uocamus, recoctus igitur dicitur, homo iam peritus et quaſi tritus in rebus. ¶ Iraſcere iterum.q.& iam ſemel iratus illis fuerit. ¶ Iambis immerentibus.quaſi dicat iambi aut ipſi poetæ, nullā habēt culpam, ſed culpa eſt peccantium. Si poetæ ipſorum crimina inſectantur.

Coctū Recoctus.

In Camerium.EPIGRAM.LI.

Oro, ſi tibi forte non moleſtū eſt,
Demōſtres ubi ſint tuæ latebræ,
Te quæſiuimus in minore campo,
Te in circo, te & in oībus tabernis,

EPIGRA.LI.EXPOS.

ORO ſi tibi forte nō moleſtum ē. Latenter camerium apud meretrices ſemper latitantem uult hoc endecaſyllabo taxare, qui cum nonnullo amicitiæ uinculo cū Catullo teneretur, amores ſuos ipſi tamē indicare nolebat. ¶ Tuæ latebræ, ubi tu lateas, latebræ nāq; a latendo ſunt dictæ. ¶ In minore cāpo, locus erat ad cælium montē ubi ſolebant equiria exercere ſi campus martius aq̄s Tyberis inundabatur, Oui.faſtorū lib.iii, Altera gramineo ſpectabis eq̄ria cāpo. Quē Tyberis curuis in latus urget aq̄s Quis tn̄ eiecta ſi forte tenebitur unda

Minor cāpus. Eq̄ria

Cælius excipiet puluerulentus equos. ¶ Te in circo, fuit Romæ circus maximus, a Tarquino priſco ædificatus inter auētinum & palatinū mōtē, & poſtea circus flaminius ab eo flaminio q̄ ad traſimenū periit dict⁹, ut ait feſtus et Varro, Circus uero erat locus ſpectaculi ludorum, dictus, quia circa metas in eo pompa circūferetur et æqui circūcurrerēt ut Varro teſtat̄. Solebāt autē ædificia quædam ex colūnis & Tignis exporrecta ad ſpectaculum ædificare, quæ meniana abinuētore appellabātur, & meretrices quædam ſub fornice tali habitātes ſubmenianæ dicebantur, uolens igitur Camerium taxare

Circ⁹ maximus qui poſtea flaminius

Circus Meniana ædificia ſubmenianæ meretricem.

tanq̃ in lupanaribus ſemper latitātem, cum quæſiſſe dicit in oībus illis locis in quibus ſolent meretrices habitare, ſolebant autem maxime in locis frequentibus proſtare, unde lampridius in heliogabalo. Omnes de circo, de theatro, de ſtadio & omnibus locis & balneis meretrices collegit, in ædes publicas, Iuuenalis in tertia & ad circum iuſſas proſtare puellas. ¶ Te in circo, te in, nō abiicitur uocalis, uel te. & in legitur. ¶ Omnibus ligellis, cum prius libellis legeretur ſic pater legendum docuit unius tantum lr̃æ. B. in. G. mutatione, eſt enim ligellum tuguriolum ut ait Nonius

ligellū

Marcellus. Plautus in aulularia de ſuo ligello fumus ſi qua exit foras, ſolent enim meretrices in paruulis huiuſcemodi domibus habitare, poſſemus etiam tigillis legere, ut ſit diminutiuum a tigno, quaſi dicat non modo quæſiui te in quolibet fornice, ſed etiam in minimo tigno uniuſcuiuſq; fornicis, & maxime quia ædificia ex colūnis & tignis fieri paulo ante annotauimus.

*Te in templo ſuperi Iouis ſacrato,*
*In magni ſimul ambulatione,*
*Fœmellas omnes amice prendi,*
*Quas uultu mage uidimus ſereno,*
*Has te ſic tamen flagitabam*
*Camerus mihi peſſimæ puellæ.*

Capitoliū.

¶ TE IN templo ſuperi Iouis ſacrato. Capitolium intelligit a Tarquinio ſuperbo conditum & ioui optimo & maximo cōſecratum, ſuperi autē Iouis dicit ad differentiam Plutonis qui infernus iupiter dicitur. ¶ In magni ſimul ambulatione, de porticu Pompei intelligit, quæ Romæ erat ad ſolem arcendum ædificata, ad quā ſolebant æſtiuo tempore mulieres accedere, hinc Propertius i. xxxii. ele. ſecūdi libri. Cynthiam repræhendit quæ extra urbem iret deambulandi cauſa cum Pompeiam porticū in urbe haberet, Scilicet umbroſis ſordet pōpeia columnis Portic⁹ Auleis nobilis attalicis. ¶ Magni Pompei, q magnus eſt cognominatus ob rerum & potētiæ magnitudinem, Lucanus hic ſitus eſt magnus, & dictus eſt Agamēnon ut Dion lib. xlii. Solemus nāq; eos magnos appellare qui in genere ſuo ſunt excellentiores, hinc magnus Alexāder magnus Albertus, magnus Oceanus, dictus. ¶ Fœmellas omnes, diminutiuum a fœmina quaſi dicat omnes meretriculas, uerſus āt iſte ſpondeū habet in ſecūda ſede, loco dactyli, alii hoc euitare uolentes ita legūt fœmellas, hoīes, amice prēdi quos &c. Ego uero ſpōdeū p dactylo poſitū nō magnifecerīz, ſicut & in ſequēti carmīe quas uultu uidi tñ ſereno, qđ tñ nōnulli ita correxerunt q̄s uultu uideo tamē ſereno ut ſit tēpus pro tempore, poteſt tamē & legi ſi ſpondeū excludere cupierimus, ut pater indicauit hoc modo quas uultu mage uidimus ſereno. i. eas quas tamen uidebamus iocundiorē et amœniorē faciē habētes uel ſit ſenſus, ꝙ ipſe illas læto tñ uultu & libēter aſpiciebat. ¶ Has te ſic tñ flagitabā, pater hoc carmē cū prius corrupte legeret, ſic caſtigauit. ¶ Cameriū mihi ſupple reddite, alio ēt mō locū reſtituit ubi ſic latet ipſe flagitabā, ſed camerus nō camerū in ſequēti uerſu erit legēdū, & erit ordo, ipſe flagitabā. ſ. feminas illas ſic. i. hoc modo, O puellæ mihi peſſimæ ubi latet camerus. ¶ Mihi peſſimæ quia detinetis amicum meum. Alii uero Auelli ſinite, legunt, ꝙ nō diſplicet.

Porticus pōpei.

pōpei⁹ magn⁹ et agamēnon dictus

Magni q



*Quædā inquit tibi nudulum reduce*
*En hic in roſeis latet papillis,*
*Non cuſtos ſi ego fingar ille cretum.*
*Non ſi pegaſeo ferar uolatu.*
*Nō Ladas ego, pinnipes ue Perſeus,*
*Non Rheſi niueæ, citæq; bigæ.*

¶ QVAEDAM inquit tibi nudulum reduce, ex illis puellis una laſciue ſinus ſuos aperiēs dixit. Accipe tibi Camerū tuum nudū, quia īter mamillas latet, et hoc aſtute fortaſſis illa fecerat, ut Catullum ad Venerem alliceret, ut meretrices facere ſolēt. ¶ En hic, hoc dicēs ſinum nudauit, & papillas oſtēdit, et poſt hoc carmē, pater meus ſolertiſſime uerſus illos inferius poſitos collocādos iurauit, quos iniuria librariorum tanq̃ ſit ſeparatū epigrāma trāſpoſuit. ¶ Non cuſtos ſi ego fingar ille cretum, non ſupple te inuenia, uel næ legatur ut ſit ordo ab inferiori. ¶ Næ. i. certe defeſſus eſſem te queritādo & forte melius. ¶ Cuſtos cretum, dædalū aliqui intelligunt qui a minoe dum bellum athenienſibus inferret, regni procurator relictus fuit, fuit autem igenioſiſſimus faber, de quo plura Diodorus in. y. & Plutar. in Theſeo, & Seruius in principio ſexti. Alii uero ꝙ magis ꝓbo thalum intelligunt cuſtodem Europæ agenoris phœnicum regis filiæ a Ioue in tauri forma raptæ & in cretā adductæ, ſicut apud Ouidium meta. lib. iii. habemus, ſcribit nāq; Apollonius ꝙ repetit etiā pauſanias iouē cum europam raptam in cretā adduxiſſet, circa littus cuſtodes diſpoſuiſſe ad patrē repellēdum inter quos thalum fuiſſe miræ uelocitatis, adeo ut uno die uniuerſam iſulam circūiret. ¶ Nō ſi pegaſeo ferrar uolatu, nec ſi etiam ueherer equo pegaſeo alato, pegaſus equus ex ſanguine meduſæ genitus a poetis celebratur, ſic dictus ut inquit Heſiodus ὅτι ὠκεανοῦ παρὰ πηγὰς γένετο, apud oceani fontes eſt natus, & Tonitrum ac fulmē dicitur perferre ad iouē. Nam uapor eſt allegorice qui a perſeo. i. a ſole attrahitur, et ex eo fiunt tonitrua & fulmina, ſcribit etiā Pli. libro octauo cap. xxi. ꝙ æthiopia generat pēnatos equos & cornib⁹ armatos quos pegaſos uocant. ¶ Non ladas, ladas ut inquit Solinus cap. tertio primā palmam uelocitatis adeptus eſt qui ita ſupra canum puluerem curſitauit, ut in arenis pendentibus nulla inditia relinqueret ueſtigiorum. ¶ Pinnipes ue perſeus, fuit perſeus iouis filius & danaes, qui cum ad Meduſam interficiendam iturus eēt, a Mercurio arpē & thalaria ideſt alas pedū mutuo accepit, hinc pinnipem nūc appellatur, de monte autem quem amphesanta dicunt primo uolauit ut docet lib. tertio Theba. Lactan. & ſtatius ipſe perſeum montem appellauit. Quid me perſei ſecreta ad culmina montis. ¶ Non Rheſi niueæ citæq; bigæ. Rheſus thratiæ rex fuit, q equos habuit uelociſſimos, in quibus Troianorum fata pendebant, de quibus Virgilius libro primo æne. duo autem de his tangit quæ dixit Homerus & Virgilius interpretatus eſt in equis turni⁹, libro duodecimo, qui candore niues anteirēt, curſibus auras, λευκότεροι χιόνος θείειν δ' ἀνέμοισιν ὅμοιοι, Bigas uero pro equis poſuit cū bigæ ſint duo equi coniuncti, quemadmodum libro decimo nono de ciuitate dei capi. tertio Auguſtinus declarauit.

Eq pēnati.

Ladas

Dedalus.

perſe⁹

Amphesāta mōs pſeus mons.

thalus Europæ a ioue rapta.

Rheſus & eius equi.

Pegaſus equus

Bigæ.

Adde huc plumipedas, volatileſq;,
Ventorumq; ſimul require curſum,
Quos iunctos Cameri mihi dicaris,
Defeſſus tamen omnibus medullis
Et multis langoribus pereſus
Eſſem te mihi amice quæritando.
Sed ne quærere iam herculis labos ſit
Tanto te in faſtu negas amice.
Dic nobis ubi ſis futurus, ede
Audacter, comiti hoc, lubenter ede
Num te lacteolæ tenent puellæ?
Si linguam clauſo tenes in ore,
Fructus proijcies amoris omnes,

Zeth⁹ & calais.
harpyiæ.
Phineus.
Plotæ inſulæ

PLVMIpedas volatileſq;, Zethum & calaim itelligere videtur, orithiæ et aquilonis filios de quibus Propertius in ultima primi, hunc duo ſectati fratres aquilonia proles, qui ob velocitatē ab argonautis ad pellendas a phineo harpyias miſſi fuerunt, qui eas ex arcadia fugātes uſq; ad inſulas plotas pervenerunt, & cum ultra tēdere vellent, ab iride admoniti, ut a iovis canibus abſtinerent, ſuos cōverterunt volatus, unde Val. flacc⁹ ſit ſatis huc pepuliſſe deas, quid tenditis ultra in famulum ſevire iovis? hæc aūt converſio. i. ςροφὴ nomen inſulis dedit quæ ſtrophades dictæ ſunt, ut Servius lib. iii. æne. quod & late exeq̄tur apoll. in argonautis. ¶ Ventorumq; require curſum, & ſimul etiā cum oībus his ſupradictis inquiras curſum & velocitatem ventorū & eam mihi adiungas. ¶ Defeſſus tamē, quāvis inquit haberē alas & velocitatē maximā ſicut ſupranominati oēs tamē defatigarer uſq; ad extremū langorem te quærēdo. ¶ Pereſus, cōſumptus a peredo, & eſt ſpodeus pro dactylo ut i verſu, ut ſupra. ¶ Sed te quærere iam Herculis, Hercules vir fuit fortiſſimus qui multos exanclavit labores de q̄bus Diodorus maxime & multi alii et Auſonius in epigrāmate de ipſius laboribus iſcripto, hinc eſt q̄ rem arduam difficillimaq; quæcunq; aggredimur proverbialiter quodāmodo ſolemus Herculis laborē dicere, ſenſus eſt igitur videtur quodammodo unus ex Herculis laboribus quærere te, cū inveniri nequeas, poſſumus tamē & ita legere, ſed ne quærere iam Herculis labos ſit & ordo erit, qui cum ſequentibus iungetur, ſed ne ſit labor Herculis iam te quærere dic nobis ubi ſis futurus, & illud per parēthesim interpoſitum eſt. ¶ Tanto te in faſtu negas amice, quaſi dicat adeo ſuperbis cum ſis cum amica tua, ut te nobis inveniendum neges, & verſus iſte ſpondeum habet ſicut & inferior, ſi linguam clauſo, & in illo verboſa gaudet, & ſuperius multis langoribus, niſi ſit diæreſis in clauſo, & gaudet. ¶ Audacter comiti hoc libēter ede, in hoc carmine ut pedes congruant ſic verba ſunt ordināda ut pater monſtravit. ¶ Hoc ede, dicas mihi hoc quod ſequitur. ¶ Comiti, mihi qui ſum comes tuus. ¶ Lacteolæ puellæ, Tenellæ, & candidæ ex ſimilitudie lactis in quo duæ iſtæ ſunt inter cæteras qualitates. ¶ Si linguam clauſo tenes in ore, ſi nihil dicis ſi nō vis amores tuos detegere. ¶ Fructus proiicies amoris omnes, tunc enim maximam lætitiam percipiunt amatores cum alterum nacti fuerint cum quo res venereas cōmunicent, & quæcunq; cum accidentia dicunt faciuntue, is enim verus

Hercules.
Herculis labores et idē puerbium.



videtur amoris fructus voluptatis videlicet, quæ per amorē percipitur cum amico cōmunicatio, hinc illa cheréæ terentiani poſt vitiatā puellam læta narratio, hinc Cicero in lælio, poſtremo qui ſe totos voluptatibus tradiderunt ſine amicitia vitā nullam eſſe ſentiunt, q̄uis illa de epicureis in alium ſenſum accipi debeat.

Verboſa gaudet Venus loquela,
Vel ſi vis, licet obſeres palatum,
Dum veſtri ſim ego particeps amoris

Ad Catonem. EPIGRA. LII.

O rem ridiculā Cato, & iocoſam,
Dignāq; auribus, & tuo cachino.
Ride ſi quid amas Cato Catullum,
Res eſt ridicula, & nimis iocoſa,
Deprendi modo pupulum puellæ
Truſantē, hunc ego ſi placet Dionæ,
Pro telo rigida mea cecidi.

Amoris cōicatio.

VERBOSA gaudet venus loquella, licet Catullus hoc dicat cōtra tamē ſenſit Tibullus q̄ inq̄t qui ſapit in tacito gaudeat ipſe ſinu. ¶ Vl' ſi vis licet obſeres palatum dum noſtri ſis, tace inquit lo cum in quo tu ſis dum modo propter hoc non deſiſtas mihi amicus eſſe, quaſi Camerus Catullum negligeret timens ne reſciſſeret eius latebras, & ultimum hoc carmen ſpondeum habet loco dactyli, quod alii evitare volentes ſic legunt dum veſtri ſim ego particeps amoris eodem tamen ſenſu, vel ſit ordo & ſenſus licet obſeres palatū ideſt quāvis nolis mihi pandere tuos amores, ego tamen volo ſis particeps noſtri amoris & hac de cauſa quæro te.

EPIGRAM. LII. EXPOS.

REM Ridiculam. Ad quēdā Catonem amicum & familiarē ſcribit hoc endecaſyllabū, & ei iocoſe laſciveq; narrat, quo modo puerū iuventum apud amicam pedicaverit. ¶ O rem ridiculam, riſu dignam & eſt exclamatio, quæ p caſuz accuſandi fieri ſolet ſine verbo & ē Apoſiopeſis, niſi ſit ordo, ride rem ridiculam ſi quid amas Catullum, o Cato ut in ſimilitudine dictionum ſit etiā iocus ride rem, Cato Catullum, alii textus quicquid amas habēt quaſi dicat ride per omnem illuz amorem quo me proſequeris, ¶ Deprendi modo, paulo ante inveni. ¶ Puppulum, puerum, ſic enim antiquitus puppos pueros, & puppes puellas dicebant. ¶ Truſantem, frequentativum a trudo ideſt per vim impellentē membrum videlicet virile intra genitalia puellæ, ſic Martialis, Truditur et digitis panutia mentula laſſis. Alii criſſantem legunt ideſt ſe in coitu moventem. Sed improprie, eſt namq; fœminarum criſſari, ſicut cevere virorum. ¶ Pro telo, loco teli, ſicuti enim qui in adulterio reperiuntur telo interficiuntur, ita inquit loco teli mentula rigida ipſum cecidi. Et ſic metaphorice loquitur, & ne videatur in hac re venerem offendere cum de libidine in maſculum abbominabili loquatur, Ideo iterponit, ſi placet dione ideſt veneri, de qua ſupius diximus. ¶ Rigida, tanq̄ ſubſtantivo uſus eſt mētulam ſignificans.

Exclamatio o quo modo
Puppi Puppe
criſſare. Cevere.
rigida ſubſt.

EPIGRAM.LIII.EXPOSITIO.

p VLCHRE Conuenit improbis cinædis, hoc eſt alterius endecaſyllabi initium. Quod ante paternā emendationem coniunctim cum præcedenti legebatur, eſt autem in Cæſarem et mamurrā ſcriptum, quorū nephanda uitia & libidines maxime taxat. ¶ Pulchre conuenit, cōcordes ſunt, & ſine cōtrouerſia, Cicero in quinto de finib⁹ hoc mihi cū tuo fratre cōuenit. Iuue. ſeuis inter ſe conuenit urſis. ¶ Improbis, inſatiabilibus cuiuſuis generis libidinis, & quos itelligat declarat, mamurræ pathico et Cæſari. ¶ Nec mirum, quia ſcilicet paribus uiuunt moribus. Nā ut eſt in ueteri prouerbio pares cū paribus facillime cōgregantur. ¶ Maculæ pares, metaphora a panis ad animum trāſlata, ſic enim appellat uitiorum notas. ¶ Vtriſq;, pro utriq;, pluralis pro ſingulari, ſic & inferius gemelli utrique. ¶ Vrbana altera, uidelicet macula et de Cæſare itelligit. ¶ Formiana altera, de mamurra, qui formianus fuit ut ſuperi⁹ annotauimus. Et eſt ordo maculæ pares impreſſæ reſidēt. ¶ Nec eluentur, aqua deleri non poterunt. Quēadmodum maculæ nimium deformes in panis nulla unq; ablutione eluantur ſic nec horum

Cōuenit.

Vtriſq; pro utriq;

In Mamurram & Cæſarem.
EPIGRAMMA.LIII.

*Pulchre cōuenit īprobis cinædis*
*Mamurræ, pathicoq;, cæſariq;.*
*Nec mirum maculæ pares utriſq;,*
*Vrbana altera, & illa formiana,*
*Impreſſæ reſident, nec eluentur,*
*Morboſe pariter, gemelli utriq;,*
*Vno in lectulo, erudituli ambo*
*Non hic, quam ille magis uorax adulter,*
*Riuales ſocii & puellularum,*
*Pulchre conuenit īprobis cinædis.*

īfamia ullo modo deleri poterit. ¶ Morboſi pariter, licet morbus corporis ægrotatio dicatur ad animum tamen transferendum eſt, ac ſi diceret uitioſi. ¶ Gemelli utriq;, qui eodem partu naſcūtur ut plurimum maximam inter ſe ſolent habere ſimilitudinem, hinc gemellos dicit Cæſarem et mamurram ob uitiorum ſimilitudinem. ¶ Vno in lectulo erudituli ambo, hoc ꝓpter mutui ſtupri cōmertia dicere uidetur, & more ſuo ab erudito diminutiuum eruditulum formauit. ¶ Vno in lectulo, hæc o, non abiicitur ſed breuiatur niſi lectululo legerimus ut ſit diminutiui diminutio. ¶ Non hic ꝙ ille, non tantum eos ut pathicos, ſed etiam ut adulteros notat et in adulteriis pares facit, dicens nec hic magis quā ille adulter &c. ¶ Socii & puellularū, ſic legendum eſt non puellarum. Aliter uerſus non ſtaret & eſt ordo, & Socii riuales puellularum, hi nāq; riuales per translationem a re ruſtica dicuntur, qui eādem amant puellam, & ob has omnes ſimilitudines concludit ut propoſuerat pulchre conuenit, habet enim hoc epigrāma cuiuſdam ueluti ſyllogiſmi ſpeciem.



EPIGRAM.LIIII.EXPOS.

c ÆLI LESBIA Noſtra, ad cœlium ſcribēs de nimia lesbiæ ſuæ libidine quā quæſtus gratia exercebat dolet, uerſus uero endecaſyllabus eſt. ¶ Lesbia illa, emphaſim habet maximam quaſi dicat illa de qua ſæpiſſime tecū ſermonem habui ipſam tibi cōmendans & quā tantopere amaui. ¶ Plusꝗ ſe, maximus eſt amor eius qui aliū pluſꝗ ſe diligit, nam ut inquit Comicus, uerum illud uerbū eſt omnes ſibi melius eſſe uelle ꝗ cæteris. ¶ In quadriuiis, in locis publicis, quadriuium enim dicitur, ubi quatuor uiæ initium ſummunt in quo maior ſolet eſſe hominum frequentia. ¶ Et angiportis, Angiportus ſiue angiportū ut Varro lib.i.linguæ latinæ teſtatur, dicitur uia quæ exitum non habet & peruia non eſt. Alii uiam anguſtam angiportū appellant. Terē. in adel. id quidem angiportum non eſt paruum. ¶ Glubit, uel bonis ſuis ſpoliat, eſt enim glubere ſpoliare & ſic gratia queſtus uenerem conceſdit, uel glubit ideſt criſſans uirilis membri præputia denudat. ¶ Nepotes remi, a remo deſcendentes ideſt Romanos. ¶ Magnanimos, ironicos hoc dicitur, quaſi latenter uelit romanos taxare qui cum Romuli magnanimitatem immitari deberent uenereis rebus uacarent.

Quadriuiū

Angiport⁹.

Glubere.

Ad Cæliū de Lesbia.EPI.LIIII.

*Cæli Lesbia noſtra, lesbia illa,*
*Illa lesbia, quam Catullus unam*
*Plusꝗ ſe, atq; ſuos amauit omnes,*
*Nunc in quadriuiis, & angiportis,*
*Glubit magnanimos remi nepotes.*

In Ruffam.EPIGRAM.LV.

*Bononiēſis Ruffa me rurſum fallit*
*Vxor Meneni, ſæpe quā in ſepulchretis.*
*Vidiſtis, ipſo capere de rogo cœnam*
*Cum deuolutum ex igne proſequens panem,*

EPIGRAM.LV.EXPOS.

b ONONIENSIS Ruffa me rurſum fallit, huius epigrammatis carmen eſt iambicum trimetrum alii ex hoc epigrāmate duo fecerunt, quorum alterū in ruffum alterum in camerum putant, præter unum tātum et nō ad ruffum ſed in ruffam quandam Bononienſem eſſe deprehendit, fuit enim ruffa quædam bononienſis lena quæ iam ſemel iterumq; catullo promiſerat ſe illum ad amicam introducturum, & ideo cum rurſus ab ea deceptus fuerit, nec ſupplicem admittere uoluerit, contra ipſam inuehitur, primum uero carmen a patre ſic legitur. ¶ Bononienſis ruffa me rurſum fallit, ideſt iterum et de nouo me decipit. Notandum etiā ꝙ & his temporibus quibuſdam in locis, ruffam lenā appellant. ¶ Sæpe quā in ſepulchretis, ratione carminis ſic legendum nō in ſepulchris docuit pater. ¶ Rapere de rogo cœnam, ſummam uetulæ huius egeſtatem indicat, quæ ex rogis cogeretur uictum mēdicare, ſolebant nāq; antiqores non tantum odores ſed etiam panem & edulia in rogos iacere. ¶ Deuolutū ex igne, qui ex rogo ceciderat. ¶ Tunderetur, percuteretur ſic legēdum, non autem tonderetur.

Ruffa

Mos antiquorū circa rogū.

A ſemiraſo tunderetur uſtore.
Num te leæna montibus libyſſinis,
Aut Scylla latrans infima ingui/num parte,
Tã mẽte dura procreauit, ac tetra,
Vt ſupplicis uocẽ in nouiſſimo caſu
Contemptam haberes? ah nimis fe/ro corde.

Vſtores

❡A SEMIRAſo Vſtore. Vſtores buſtuarii dicuntur qui cremãdorũ cadauerum curã habebant, ſemiraſum uero dicit uel eo ꝗ fortaſſis buſtuarii caput ſemiraſum habebant ut nunc religioſi, uel ſemiraſo qui ob ignem ſemiuſtulatam habebant comam & barbam. ❡ Num te leæna, in ipſam inuebitur ruffam & crudelem arguit fuiſſe, ordo eſt, num leæna ĩ montibus libyſſinis, aut ſcylla latrãs ĩfima pte inguinũ procreauit te mẽte tam dura ac tetra, in lybia uero ideſt in aphrica plurimos & maximos generari conſtat leones, & a libya, libycus, libyſſus & libyſſinus deriuari nouimus.

Deriuata a lybia.

❡ Aut ſcylla latrans, duas fuiſſe ſcyllas non ignoramus alteram phorci, & crateidos nymphæ filiã quã cum amaret glaucus deus marinus dum ipſe amaretur a circe & eam contemneret, illa irata fontem in quo ſe ſcylla ſolebat abluere infecit uenenis, in quẽ cum deſcendiſſet puella media ſui parte in feras mutata eſt, & ſic factum monſtrum ulyſſis ſocios & claſſem euertiſſe narratur, ex huius igit inguinibus ob imanitatem dicit ruffam ortam Catullus,

Scyllæ duæ glaucus.

altera uero fuit ſcylla Nyſi megarẽſium Regis filia, quæ minoa paternum hoſtem amauit, cui ut placere poſſet comam purpuream fatalem parenti abſciſſam ei obtulit, & denique cum a minoe ſpreta fuiſſet dolore in auem conuerſa dicitur, licet alii hæc nyſi in monſtrũ marinum cõuerſam autument, unde Ouidius in libro amorũ, Per nos ſcylla patri caros furata capillos Pube præmit rabidos inguinibuſq; canes, & in quarto faſtorum, Effugit ad ſyrtis & te zanclea carybdis, & uos nyſæi naufraga monſtra canes, quod & Propertius ſenſit. Quid mirum in p̃rios ſcyllam ſæuiſſe capillos Cãdidaq; in ſæuos inguina uerſa canes, Virgilius in bucolicis. Quid loquar aut ſcyllam nyſi quã fama ſequuta eſt, Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias uexaſſe rates, licet & alio modo intelligi poſſe Seruius doceat.

Nyſus rex.

❡ Infima inguinum parte, quæ fuit in canes conuerſa, inguina uero tam in uiris ꝗ in mulieribus partes pudendæ dicuntur. ❡ Tetra, aſpera. ❡ Vt ſupplicis uocem, ideſt uocem meã ſupplicantis. ❡ In noniſſmo caſu, quaſi dicat dum tentigine rumperer. ❡ Vocem, preces quas effundebam ut me admitteres. ❡ Contemptam hẽres, negligeres, & hic fienda eſt diſtinctio. Deinde. ❡ Ab nimis fero corde, per ſe legendum & ſic ſenſus ipſe per ſe patebit & hoc ultimum carmen pater primus ſic emẽdauit, licet quidã tanq; fœtum ſuum emittere non erubuerit.

Inguina.



DE BERECYNTIA ET ATY. CARMINIS EXPOS.

DE BERECYNTHIA ET ATY.

ſ. Vper alta uectus Atys celeri rate maria
Phrygium ut nemus citato cupide pede tetigit,
Aditq; opaca ſyluis redimita loca deę

❡VPER Alta uectus, licet carmen iſtud poſt epithalamium de iuuenum concertatione in omnibus codicibus habeatur, tamen cũ ſpecies lyrici ſit carminis inter lyricos hoc eſt poſt epigrãmata & ante manlii epithalamium reponendum duxi, ſi quis uero fuerit cui id, minime placiturum ſit compoſito ubi uelit legat, nunq; enim hæc ob cauſam illi dicam, ſcribam, mihiq; rurſus p illum liceat hoc in loco interpretari, ut diuiſionis meæ inſtitutum exequar, eſt autẽ materia de Berecynthia & aty poetica licentia a Catullo nouo quodã modo confecta, quæ talis eſt,

Berecyntia et atys

cum atys per maria in phrygiam uectus fuiſſet ad fluuium gallum nomine peruenit, cũq; illius aquã bibiſſet in furorẽ ex aquæ natura ipulſus, ſibi ipſi uirilia amputauit, & cybeleia inſtrumẽta concutiens comites quoq; ſuos ad eadem ſacra exhortatus, per nemora iter habens cybeles domum laſſus deniq; peruenit, Sopori traditus, mane deĩde ſomno expergefactus & furore iam liberatus, cum ſe euiratum ſenſiſſet, ad littus acceſſit, ibique infœlicitatem ſuam conqueſtus, de reditu in patriã cogitabat, ſed cybele iam atys amore correpta, alterum ex leonibus immiſit quo perterritus Atys in nemora fugiens reliquũ uitæ ſpatium cybelæ dominæ famulus extitit, cuius exẽplo deam rogat poeta, ut talis furor a ſua ſemper abſit domo, hæc Catullus, aliter tamen de aty. Ouidius, & lib. x. mutationum, & libro quarto faſtorũ. Aliter Seruius libro octauo æne. Aliter Diodorus ſiculus libro quarto cap. quarto referũt. B. uero Auguſtinus libro ſeptimo capi. uigeſimoquinto de ciuitate dei, quid per Atym antiquiores intellexerint declarat,

Atys qd ſignificet.

Porphyrius philoſophus nobilis atym flores ſignificare perhibuit, et ideo abſciſſum ꝗa flos decidit ante fructũ. Nõ ergo ipſum hoiem uel quaſi hoiem q eſt uocatꝰ atys, ſed uirilia eius flori cõparauerunt. Ipſa ꝗppe illo uiuẽte deciderũt. imo uero nõ deciderũt neq; decerpta ſed plane diſcerpta ſunt neq; illo flore amiſſo, ꝗſq; poſtea fructus, ſed potius ſterilitas cõſecuta eſt, uerſus aũt galliambus uocat, de quo & alii grãmatici plura & terẽtianus in fine, cõſtat aũt octo pedibꝰ prio pyrrichio & tribꝰ trocheis. Deinde pyrrichio trocheo & duobꝰ pyrrichiis, pyrrichius uero pes eſt duabus breuibus cõſtãs. Notãdũ tñ ꝗ catullus in multis locis iambũ, ſpõdeũ, & tribrachũ ẽt admiſcet, ſuntq; uerſus & catalectici multi, multi hypercatalectici. i. in ꝗbus deeſt, & in ꝗbus ſuperabundat una ſyllaba.

Galliambus uerſus

❡ Super alta uectus, ordo eſt Atys celeri rate uectus ſup alta maria ut ideſt poſteaq; citato pede, cupide tetigit nemus phrygiũ, adiitq; opaca loca deæ redimita ſilicis, uagus animi, ut ideſt tãq; furenti rabie ſtimulatus, ſibi lactes deuoluit acuto põdere ſilicis. ❡ Loca deæ, cybele dedicata, & idam troianum montem intelligit, in quo cybele culta fuit.

cybele in ida colebatur.

Stimulatus ut furenti rabie: uagus animi,
Deuoluit lactes acuto ſibi pondere ſilicis.
Itaque ut relicta ſenſit ſibi membrũ ſine uiro,
Et iam recẽti terrae ſola ſanguine maculans,
Niueis citata cœpit manib⁹ leue tympanum
Tympanum, tubam, Cybeles tua mater initia,

lactes

¶ VAGVS Animi, ſic legendum eſt non animus. i. nullã habens cõſtantiam, quia factus furibundus a recta rationis uia diſceſſerat. ¶ Deuoluit, amputauit deiecit lactes, lactes ſunt in hoie & oue partes illae quae in caeteris animalibus Ilia appellantur, ut Plinius docet libro xi. capi. xxxvii. ſecundũ alios inteſtina ſunt, ſenſus eſt igitur, q̃ ſe Atys euirãdo ita egit ut ipſa inteſtina etiã eodẽ uulnere defluerẽt, niſi lactes improprie pro pudenda parte acceperimus, quae ſunt aũt lactes ob mollitiem & candorẽ pinguedinis, alii non lactes, ſed teſtes legunt. i. teſticulos. ¶ Acuto pondere ſilicis, Alludere uidetur ad teſtam ſamiam qua ſolebant matris deorũ ſacerdotes qui galli dicebantur ſibi genitalia amputare, nec aliter citra pernitiem ut Plinius. xxxv. ait, hinc Iuuenalis i. vi. Mollia cui rapta ſeruit genitalia teſta, & Martia. lib. iii. in gallũ beticũ: abſciſſa eſt quare ſamia tibi mentula teſta, haec cultri uicem praeſtabat, quia acuta erat. Vnde No. Marcellus ſamia teſta: id eſt acuta ꝙ in ſamo hoc genus artis polleat, & ideo a poetis culter phrygius nominari uidetur. Vnde Claudianus in eutropium eunuchũ Inguinis & reliquum phrygiis abſcindere cultris, quẽadmodũ et iudaeis praeceptum eſt ut Culteris petrinis ſeu lapideis circunciderẽtur, ut in Ioſue ꝓpheta habetur, & ex Lactantio lib. iiii. ¶ Vt

Samia teſta.

relicta, ut. i. poſtq̃. ¶ Sine uiro, ſine uirili mẽbro per quod hoies a foeminis differũt, hinc Ouidius de ipſo aty. Nullaq̃ ſunt ſubito ſigna relicta uiri. ¶ Terrae ſola. i. terrã ipſam, nã ſolum ẽt de aqua, de aere, et de aliis dicimus quae aliquid ſuſtentant. ¶ Sanguine recenti, qui effluebat ex genitalibus abſciſſis, Citata foeminio genere de aty euirato tãq̃ de muliere loqtur, Vnde & īferius dicet canere haec adorta, & alibi eius comites non gallos ſed gallas eadẽ rõne appellat. ¶ Niueis, cãdidis. ¶ Leue tympanũ tubã cybeles, tympano loco tubae in ſacris cybeles utebãtur, unde Oui. i. iiii. faſto. cymbala pro galeis pro ſcutis tympana pulſant, et Iuue. et reſupinati ceſſantia tympana galli, ꝙ aũt tympanũ in ſacris cybele habeat. B. Auguſtinus lib. vii. cap. xxiiii. inqt ſignificari eẽ orbẽ terrae, ſicuti ẽt ꝙ turres in capite oppida, ꝙ ſedes fingãtur. Circa eã cũ oia moueãtur ipſam non moueri, eſt autẽ tympanum inſtrũm muſicũ ex aere cõfectum mediae ſpherae cõcaue formã habẽs, & bubulo corio cõtectum. ¶ Tua mater initia, appoſitiue. i. tua ſacra. ¶ Mater, o cybele nã ipſa et magna mr̃, et tellus, et ops et ꝓſerpina uocabat. uñ. B. Aug. li. vii. c. xxiiii. tellurẽ inqt putãt eſſe opẽ ꝙ ope fiat melior, matrẽ ꝙ plurima pariat, magnã ꝙ cibũ pariat, Proſerpinã ꝙ ex ea ꝓſerpãt fruges, ueſtã ꝙ ueſtiat herbis. ¶ Terga

Tympani ſacri Cybeles.

Tympani.

Cybeles nomina.



Quatienſq; terga tauri teneris caua digitis,
Canere haec ſuis adorta eſt tremebunda comitibus
Agite, ite ad alta gallae Cybeles nemora ſimul,
Simul ite dyndimenae dominae uaga pectora
Aliena quae petẽtes uelut exules loca
Sectam meam executae duce me, mihi comites
Rapidum ſalum tuliſtis, truculẽtaq; pelagi.
Et corp⁹ euiraſtis ueneris nimio odio,
Hilarate aere cõcitatis erroribus animum,
Mora tarda mente cedat, ſimul ite, ſequimini
Phrygiam ad domum, cybeles phrygia ad nemora deae.

¶ TERGA Caua tauri, periphraſticos tympanum dixit. ¶ Adorta, icepit. ¶ Canere haec, quae ſequuntur. ¶ Tremebunda, uel ob furorem uel ob genitalium abſciſſionem. ¶ Agite, exhortãtis eſt. ¶ Galle, gallus nomẽ eſt fluuii in phrygia de cuius aqua potantes reddũtur inſani, uti Plin. libro. v. teſtatur, Martianus libro ſeptimo dicit ab eo miniſtros matris deum gallos dictos eſſe, quod Oui. quoq; in libro de faſtis affirmat. Cur igitur gallos qui ſe excidere uocamus. Cum tantũ a phrygia gallica diſtet humus, inter ait uiridem Cybelen altaſq; celenas. Amnis et inſana noie gallus aqua. Qui bibit inde furit, q; autem gallos ut huic deae ſeruirent fecerũt ſignificat eos qui ſemine indigeant terram ſequi oportere in ea quippe oia reperiri, Ser. lib. iii. inqt corybantes ideo eius miniſtri cum ſuis gladiis eſſe finguntur, ut ſignificentur oẽs pro ſua terra debere pugnare. Ideo etiã galli attribui uidẽtur, ꝙ qui numen matris uiolarint, & in parẽtes ingrati fuerit nõ ſunt digni prolem generare, fulgẽtius etiã li. iii. Cauſas eorum quae ad berecyntiam & atym pertinent latius & philoſophice explicat. ¶ Vaga pectora, Synecdochichos a parte totũ per pectora ipſos intelligit comites & eſt ordo. O galle appoſiti uaga pectora dominae dyndimenae ſimul ite, ſimul ite ad alta nemora Cybeles. ¶ Simul, uos oẽs ſimul. ¶ Pectora uaga. quae uagamini diſcurrẽtes. ¶ Dominae dyndimenae, Cybeles ſic enim appellata fuit a dyndimo monte phrygiae: q; templo ipſius icumbit, ut Strabo li. xii. docet. Alii pecora legunt ut ſit ſenſus, uos q; eſtis ueluti pecora addicta huic deae. ¶ Aliena quae potẽtes, ordo talis eſt. O mi idest mihi comites executae ſectam meam quae uelut exules petentes loca aliena me duce tuliſtis rapidum ſalum & truculenta paelagi, & corpus euiraſtis aere hilarate animũ citatis erroribus. ¶ Et corpus nimio odio, uocalis, o, i nimio nõ abiicitur. ¶ Velut exules, ſi exules legerimus. Troche⁹ erit in tertia et uerſus catalecticus. Si exilio in tertia ĩabus erit, et iteger erit uerſus. ¶ Sectam meã, euirandi uos uidelicet. ¶ Rapidũ ſalum, mare. ¶ Hilarate animũ aere. tympanis. q. d. ſolamini euirationis dolorẽ, tympanorũ ſonitu. ¶ Citatis erroribus, acceleratis erroribus ueſtris per nemora in honorem deae. Alii

Gallus fluui⁹

Galli ſacerdotes.

Corybantes

Dyndimus

ære expungẽtes cõcitatis legunt. ¶ Mora tarda cedat, diſcedat omnis cunctatio ne moramini, ite uenite merũ ſcilicet. ¶ Sequimini, me uidelicet, & ſic ſe ducem illis offert.

in ſacris bacchi furentes mulieres ad ſacra cybeles deduxit, Nam ut Strabo lib. x. cõmemorat, ſacra bacchi & cybeles & græcis & phrygibus cõia erant. ¶ Mænades ederigeræ. Edera coronatæ quæ dicitur baccho dedicata quia illa coronatus triumphum de indis reportatum, hinc poeta, edera eſt gratiſſima baccho. Hinc etiã poetæ elegi, q ſub tutela ſunt liberi, edera coronabãtur, ſicut heroici lauro. Vnde Proptius. Ennius hirſuta cingat ſua tempora lauro, Mi folia ex edera porrige bacche tua, edera uero herba eſt de qua Plinius lib. xvi. capi. xxxy. ab edendo dicta, quia parietes corrodit, licet cũ aſpiratione cõſuetudine magis q̃ ratione a nõnullis ſcribatur. ¶ Mænades, ἀπὸ τοῦ μαίνομαι quod eſt furere dicũtur mulieres baccho per furorẽ ſacra celebrãtes. ¶ Iaciunt capita, ſparſis eni crinibus diſcurrebant. Vnde Iuuenalis in. yi. crinẽq; rotant ululante priapo. ¶ Vi iaciunt, per furorẽ uel ſua habẽt alii codices. ¶ Vbi ſacra, ipſius cybeles. ¶ Vlulatibus agitant. Vlulantes enim ſacra celebrabãt. ¶ Vbi ſueuit illa. Ordo eſt ubi illa cohors ſueuit ideſt ſolita eſt, uolitare diuæ in honorẽ ipſius cybeles, uel cohors diuæ uolitare cum celeritate diſcurrere. ¶ Quo, ad quem locum. ¶ Citatis tripudiis, acceleratis ſaltationibus, eſt nãq; tripudiũ ſaltatio, qa ſaltando terra pauitur, inde tripudium quaſi terripauiũ uel quaſi terripudium

Edera bacchi dicata.

Coronæ poetarũ.

Edera unde dicta.

Mænades.

Tripudium.

¶ VBI CYMbalum uox, pro cymbalorum, uel uox ſonat Cymbaluz accuſatiui caſus, ſicut Virgilius, Nec uox hoiez ſonat, cymbalorum ſonitus ferramẽtorũ ritus iactãdorum ac manuũ & ei9 rei crepitus in colendo agro qui ſit, ſignificat q̃ ferramẽta illa erãt, et ideo ex ære. q̃ id antiqui colebãt ære, anteq̃ ferrum eſſet inuentũ ut Auguſti. ingt. ¶ Vbi tibicẽ canit. In his ſacris tibiã adhiberi ſolitã declarat Oui. in faſtis, tibia dat phrygios, ut dedit aute modos, & Virg. O uere phrygæ neq; enim phryges ite per alta dyndima, ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum, in phrygia uero a m da inuentam tibiã idicat Pli. lib. yii. et Seruius apud Virgiliũ docet phrygias tibias eſſe quæ & ipares ſunt & inæquales habẽt cauernas, ut enim ait uarro tibia phrygia dextra unũ foramen habet ſiniſtra duo, quorũ unum acutum ſonũ habet alterũ grauem. ¶ Curuo graue calamo, in curuo ultimum. V. reſoluitur. ne carmen ſit catalecticon. ¶ Vbi capita mænades, ſite Catullus ſacerdotes cybeles mænades appellat, qa cũ euirati ſint, tanq̃ mulieres ſacra bacchi celebrantes uidẽtur, & ideo tam docte q̃ elegãter & thyrſum & ederam & reliqua quibus utuntur

Tibia i ſacris. cybeles

Tibia ubi inuẽta.

Tibiæ phrygiæ.

Sacra bacchi & Cybeles.

Vbi cymbalum ſonat uox, ubi tympana reboant.
Tibicen ubi canit phryx curuo graue calamo,
Vbi capita mænades ui iaciunt hederigeræ,
Vbi ſacra ſcã acutis ululatib9 agitãt
Vbi ſueuit illa diuæ uolitare uaga cohors,
Quo nos decet citatis celerare tripudiys.



ut Cicero lib. ii. de diuinatione docet. Vnde tripudium ſoliſtimum appellatũ inquit augurium quod fiebat quotiens offa quæ a pullario pullis dabatur, aliquo modo in ſolũ caderet, ita nãq; a ſolo ſoliſtimũ dictũ fuit, tunc. n. auſpicanti ſoliſtimũ augurium nuntiabatur. T. L. lib. x. ab ur. cõdi. tripudiũ ſoliſtimũ cõſuli nuntiatum.

Tripudiũ ſoliſtimũ

¶ SIMVL hæc comitibus, cum atys comites his uerbis exhortatus fuiſſet, omnes pariter ſacra celebrarunt. ¶ Atys noua mulier. Atys qui iam euiratus nouum quoddã mulieris genus effectum fuerat, uel nota cum aſpiratione legatur. i. adulterina ſicut euripides in electra de eunucho οὔτε γὰρ γυνὴ πέφυκας, οὔτ᾽ ἐν ἀνδράσι σὺ τεῖ ideſt neque mulier natus es, neq; inter uiros, tu utique es. ¶ Thyaſus repente ideſt ipſi galli thyaſum habẽtes & illum ex more ſacrifico cõcutientes, eſt aũt thyaſus haſta pãpinis inoluta qua in ſacris bacchi utebãtur & pro correis exponit Seruius lib. yii. æne. ubi ingt poeta inſultãt thyaſis. ¶ Viridem citus, ordo chorus citus adit idam uiridẽ in quo dea ipſa colebatur, pede propero uel properãte alii habẽt & uerſus erit hypercatalecticus niſi in ſecũda ſede dactylum fecerimus. ¶ Furibunda ſimul anhelans uaga uadit io gemẽs, uel aĩo egens. Alii legunt, & ordo talis erit, atys furibũda ſimul anhelans gemẽs io dux Comitata tympano ideſt a tympanis uadit uaga per opaca nemora uelut iuuenca indomita uitãs ſonus iugi. ¶ Sequũtur ducem. ſ. atym. ¶ Animo egẽs, inſana, uel gemẽs io, ut ſit io caſus accuſatiui ſicut apud Virgiliũ miſerãq; relinquere dido, ex græca inflexione. i. ipſe iſortunia gemens, fuit autẽ io inachi filia quæ in iuuencam cõuerſa demum in ægypto priſtinã formã recuperauit ubi pro dea habita iſis denominata fuit, ſicut fabulã apud Ouidium lib. i. mut. habemus & de eadẽ apud Diodorũ lib. i. & ii. diffuſius poſſumus etiã accipe, ut io uox ſit exultantis ut dicat gemẽs io. i. clamans et cũ gemitu tamẽ uocem illam io enuntians. ¶ Propere pedẽ, figurata loquutio, uel ꝓpero pede legamus. ¶ Itaq; ut domũ, ſacrificia agẽdo et ꝑ nemora diſcurrẽdo

Eunuchus

Thyaſus.

Io inachi filia.

Iſis.

Simul hæc comitibus atys cecinit noua mulier.
Thyaſus repente linguis trepidantibus ululat,
Leue tympanum remugit, caua cymbala recrepant.
Viridem citus adit idam properante pede chorus,
Furibunda ſimul anhelans uaga uadit io gemens.
Comitata tympano Atys per opaca nemora dux.
Veluti iuuenca uitans onus indomita iugi,
Rapidæ ducem ſequuntur gallæ propere pede.
Itaque, ut domum Cybeles tetigere laſſulæ,
Nimio e labore ſomnum capiunt ſine cerere.
Piger his labantes langore oculos ſopor operit,
Abit inquiete molli rabidi furor animi.

poſtq̄ cybeles domū peruenerūt, iam defatigatæ ſopitæ fuerunt, & inter dormiendum furore ſunt liberatæ. ¶ Sine cerere, ſine pane, ſine cibo, defatigatæ. Namq; comedere non potuerunt.

SED Vbi horis aureis, ſplendētibus horis, dicunt nāq; poetæ in foribus cœli et annos, & menſes, et horas aſtare, alii oris abſq; aſpiratione legētes pro regionibus exponunt, q̄ ꝓpter ſolem ex oriente aureæ uidētur. ¶ Luſtrauit æthera, clarificauit, cœlū, terram, et mare, ſic Vir. poſtera phebea luſtrauit lāpade terras. ¶ Sola dura, durā terrā. ¶ Sæuum mare, Virgilius aſperū dixit, maria aſpera iuro. ¶ Sonipedibus, equis q quatuor ſolis enumerant ab Ouidio li. ii. met. pyrois, eous, æthō, et phlegon q̄bus noīa ab effectu fuere impoſita. ¶ Vegetis, uiuidis. ¶ Ibi ſomnus, poſtquā illuxit ſomnus citius fugiens Atym excitū abit, ita eſt ordo. ¶ Trepidantē eū recepit dea, Cybele eius amore capta in ſinu recepit. ¶ Paſitheo ſinu. i. ſinu deos oēs cōtinēti, cybele nāq; deorū mater dicitur & dictio eſt græca ϖᾶσ ois & θεὸσ deus, ſunt qui paſithea legunt & tunc erit ordo & ſenſus. Dea

*Sed ubi horis aureis ſol radiantibus oculis*
*Luſtrauit æthera albū, ſola dura, mare ferum.*
*Pepulitq; noctis umbras uegetis ſonipedibus,*
*Ibi ſomnus excitum Atyn fugiens citus abiit,*
*Trepidantem eum recepit dea paſitheo ſinu.*
*Ita de qete molli rapida ſine rabie,*
*Simul ipſa pectore Atys ſua facta recoluit,*
*Liquidaq; mente uidit ſine quis, ubiq; foret,*
*Animo æſtuāte rurſus reditum ad uada tetulit,*
*Ibi maria uaſta uiſens lachrymantibus oculis,*
*Patriam allocuta eſt mæſtula uoce miſeriter,*

paſithea ſinu recepit eū .ſ. ſomnum trepidantē, fuit nāq; Paſithea una ex nymphis, quā iuno ſomno uxorē ꝓmiſit, ſi is Iouē auxiliū troianis cōtra græcos ferētē cōſopiuiſſet, ut Homerus li. decimoquarto recitat, alludens igitur ad fabulā dicit ꝙ Paſithea recepit ſomnū maritum ſuū, fuit ēt paſithea ſ͠m Homerum una ex tribus gratiis, quā alii Euphroſynē appellāt. ¶ Ita de quiete molli, ordo ē ita ſimul ipſa Atys rapida de molli qete, ſine furore pectore recoluit ſua facta, et eſt ſenſus, poſtq̄ atys a ſomno molli excitatus depoſita iam rabie i aīo cœpit quæ egiſſet reuoluere. ¶ Sine rabie, non autem cum rabie ſicut dormitum iuerat. ¶ Simul ipſe, iam genere maſculino appellat primo q̄ reſipiuit. ¶ Liquida mente. Poſtquā mente defecata purgataque uidit. ¶ Sine quis, ſine quibus foret idest ſine teſticulis. ¶ Vbique, duæ ſunt dictiones idest & ubi in phrygia ſcilicet. ¶ Animo æſtuante, dubitans, quid ageret, ſic & poeta, uario curarum fluctuat æſtu. ¶ Rurſus reditum, ad mare reuerſus eſt iterum. ¶ Ad uada, ad maria licet improprie.

¶ Patria

Paſithea nympha.

Equi ſolis.

Cybele deorū mr̄



PATRIA O mea creatrix, oratio eſt Atys patriā ſuā alloquētis & cōquerentis ꝙ illā deſeruerit & tot mala paſſus fuerit, hūc aūt e lydia & Crœſi regis filiū fuiſſe dicunt. ¶ Patria o mea creatrix, ſic legendū potiuſ q̄ mei exiſtimo, nā mei paſſiue ponimꝰ ut mei amoꝛ. i. aliorū erga me amore, ſʒ o patria mea creatrix .i. o patria quæ me creaſti, ſic etiam Propertius actiuam ſignificationē huic genitiuo negans illam in alterā uocem poſſeſſiui uidelicet pronominis mutauit. Iam mea defunctæ molliter oſſa cubent idest meæ defunctæ, ſi latine dici poſſet. Quale & illud Boetii, ſolamur mœſti nunc mea fata ſenis, ſicut ſi dixero meum ingenium qui ſum bonus, & Cicero in epiſtolis meo unius ſtudio. T. L. in. viii. noſtro duorum euentu cernat uter populus plus uiribus poſſit, ſicut eſt & illud oratii in ſermonibus libro. i. Saty. iiii. Cum mea nemo ſcripta legat. Vulgo recitare timentis, Seneca in Hyppolito, quis meas miſeræ deus, quis iuuare dædalus flāmas queat, imo in pſalmo etiam habemus dominæ clamaui ad te feſtina mihi exaudi uocem meam clamantis ad te, & libro. ii. regum ſuſtulit de latere meo ancillæ tuæ dormiētis. Si quis uero dici poſſe contenderit patrem mei pro patrem meū, & patriā mei pro

*Patria o mea creatrix, patria o mea genitrix,*
*Ego quā miſer relinquens, dominos ut herifugæ,*
*Famuli ſolent, ad idæ tetuli nemora pedem.*
*Vt apud niuem ferarū & gelida ſtabula forem,*
*Et earum omnia adirem furibūda latibula.*
*Vbi nam, aut quibus locis te poſitā patria rear?*
*Cupit ipſa pupula ad te ſuam dirigere aciem,*
*Rabie fera carens dum breue tempus animus eſt,*
*Ego ne a mea remota hæc ferar i nemora domo?*
*Patria, bonis, amicis, genitoribus abero?*
*Abero foro, & paleſtra, ſtadio, & gymnaſiis?*

patriā meam rectè fortaſſis ſed inuſitate ꝑfecto id dixerit. Ego quā .ſ. patriā. ¶ Dominos herifuge, fugitiui famuli ¶ Dominos ſolēt .ſ. relinquere quod ab illo relinquēs deducitur. ¶ Vt apud niuem, i. ida mōte exiſtētē ſcilicet. ¶ Et earum omnia, ordo eſt ego furibunda adirē oīa earū latibula .ſ. ferarū. Alii legūt & fœmina earum adirē idest, ego qui factus ſum ueluti fœmina. ¶ Vbi nam, hoc dicit mare circunſpiciens & oculos uerſus regionē patriæ dirigere uolens. ¶ Cupit ipſa pupula. Senſus eſt, oculi mei cupiūt ad te dirigere aciem dum mihi aliquātulum tpis cōceditur, ut ſim abſque furore, et eſt ordo ipſa pupula cupit dirigere aciē ad te, dum eſt ſibi animus carens rabie fera, alii nō ſibi, ſed ſuā legūt ut ordo clarior ſit, breue tēpus. i. breui tempore, eſt enim acc̄us caſus idest dum animus aliquātulum acquieſcit a furore, pupula uero eſt pars oculi minima, cornea, cuius diminutiuum eſt pupilla, Ouidius principali uſus eſt, ſuſpicor & fama eſt oculis quoq; pupula duplex, et Pli. lib. xii. cap. xxxvii. ſcribit adeo abſolutam uim ſpeculi oculis ineſſe, ut tam parua illa pupula totam imaginem reddat hoīs. ¶ Hæc ferar in nemora? interrogatiue. q. d. nunq̄ hoc patiar. ¶ Foro et palæſtra, oīa enumerat pueris gra

Mei paſſiue

Pupula.

Pupilla.

m et quorũ ſpectaculis maxime gaudere ſolẽt, ẽ enim palæſtra quæ ἀπὸ τοῦ πάλλ καὶ πάλιν. i. iterum ferio, & locus luctationis dicitur, Virg. pars in gramineis exercent membra palæſtris, cuius uſus primum apud Atheniẽſes repertus eſt, ut inquit Seruius lib. iii. æne. Vnde de Troianis a Virgilio dictum fuit, exercẽt patrias oleo labente palæſtras. Troiani nãq; præter dardanum etiã ab athenienſibus originem ducunt, Teucro nãq; duce Atheniẽſes ad Troiam profecti ſunt, ut Dionyſius halic. lib. i. Cõmemorat per metaphorã, Terẽtius domũ meretricis palæſtrã appellauit, Eccũ a ſua palæſtra foras egreditur, ſtadiũ uero locus dicitur in quo certamen currendi celebratur. ¶ Gymnaſiis, gymnaſium locus eſt exercitationis γυμνος enim nudus dicitur. Nudi enim ſe in illis exercere ſolebant.

Palæſtra et ei⁹ uſuſ nũ primum.

Atheniēſes ad Troiã

Gymnaſiũ.

Miſer ab miſer quærẽdũ eſt etiã, atq; etiã animæ,
Quod enim gen⁹ figuræ eſt? ego nunqd abierim?
Ego mulier, ego adoleſcẽs, ego ephebus, ego puer,
Ego gymnaſij fui flos, ego eram decus olei,
Mihi ianuæ frequentes, mihi limina tepida,
Mihi floridis corollis redimita domus erat,
Linquendum ubi eſſet orto mihi ſole cubiculum?

¶ Miſer ab miſer, Apoſtropha eſt ad animũ cui dicit diu & diu cõquerendũ eſſe ob relictam patriã. ¶ Q̃d. n. genus figura eſt? Interrogatiue cũ indignatione hoc legẽdum eſt. ¶ Quod genus? Scilicet eſt mihi quaſi dicat cum ſim euiratus neq; ſum maſculus, nec fœmina, & ab illo quod accipe quæ ut ſit quæ figura eſt mihi? ¶ Ego nũquid abierim? A patria ſcilicet per indignationem enim hæc omnia loquitur, & irato breues conciſæq; dantur ſententiæ uti Macrobius in ſatur. docet. ¶ Ego mulier? Ego qui olim fui adoleſcens, Ephœbus puer, et flos gymnaſii nũc ſum mulier? Ephœbi dicuntur qui ἐπὶ τῆν ἥβην. i. ad pubertatem uenerũt. i. ad annũ. xiiii. ante. n. παῖδες idest pueri uocatur, & eſt ephœbi ætas a. xiiii. uſq; ad. xvii. annũ, tũc ex ephœbis excedere dicitur in uirilem ætatem, Catullus autẽ decorũ poeticum ſeruãs hũc ſine ullo ordine loquẽtẽ tanq̃ puerum & iratum & dolentẽ introducit. ¶ Gymnaſii flos primus inter iuue-

Ephœbi Pueri.

nes qui in gymnaſiis exercebãt ¶ Ego eram decus olei, ſolebant enim palæſtritæ ſe oleo perũgere, Ora. pſalimus & luctamur achiuis doctius unctis, & Virg. exercent patrias oleo labente palæſtras. Nã ut Pli. ſcribit lib. xv. ca. iiii. olei uſum ad luxuriã uertere græci uitiorum omniũ genitores in gymnaſiis publicãdo. ¶ Mihi ianuæ frequentes, eorũ uidelicet cœtu, q domũ meam frequẽtabãt cõuenientes tanq̃ ad ducem ſuũ. ¶ Mihi limina tepida, cœtu frequẽtantiũ, Perſius e cõuerſo dixit uideſis ne forte limina frigeſcãt. ¶ Mihi floridis corollis redimita domus, Videt hic idicare ſe multos habuiſſe amatores, fuit. n. moris ut amatores poſtes florib⁹ ornarẽt, Ouid. & tegat ornatas multa corona fores, et Propertius, & mihi nõ deſunt turpes pendere corollæ. ¶ Linquendum ubi eſſet orto ſole cubiculum, tanta erat ad me accedẽtium multitudo matutino tẽpore, ut ſtatim exorto ſole mihi diſcedendum eſſet ex meo cubiculo & hic uidet eſſe uerus poetæ ſenſus uel

Olei uſus palæſtris.

Amatorum mos.



ſit ordo ubi eſſet cubiculum linquẽdum orto ſole. i. quotienſcunq; opus erat me foras egredi inueniebã domũ corollis redimitã, ſic melius erit potius q̃ referre ad ipſius uitam delicatam q ita ſcilicet delicate domi ageret, ut niſi orto ſole egrederetur e cubiculo, gerundium enim illud linquendum q neceſſitatis ſignificationem importat, huic ſenſui non quadrat.

Ego ne deum miniſtra: & cybeles famula ferar?
Ego mænas, ego mei pars, ego uir ſterilis ero?
Ego uiridis algida idæ niue amicta loca colam?
Ego uitã agam ſub altis phrygiæ columinibus?
Vbi cerua ſiluicultrix, ubi aper nemoriuagus?
Iam iã dolet, q̃d egi mihi iam quoq; meo pœnitet
Roſeis ut huic labellis palam ſonitus abiit,
Geminas deorũ ad aures noua nuntia referens.
Ibi iuncta iuga reſoluẽs Cybelea leonibus,
Sæuum pecoris hoſtem ſtimulans ita loquitur,
Age dum inquit, age ferox, eia agedum, face
ut hunc furor.

¶ EGO ne deũ. q. dicat deæ beo ne modo eſſe miniſtra deorum & famula cybeles, et q̃uis hoc aliqd ſit tñ atys paruifacit in cõparatione uitæ ſuæ priſtinæ. ¶ Ego mœnas? ſacerdos bacchi, ſed bacchi ſacra et cybele cõia fuiſſe iam diximus. ¶ Ego mei ps, cũ euiratus ſim amiſi alteram partẽ genitalia uidelicet, Et ſic ero nũc tantum pars mei. ¶ Ego uir ſterilis ero? quia amiſſis pudendis non potero amplius generare. ¶ Ego uiridis? Ordo eſt per interrogatione, ego colam loca algida uiridis idæ amicta niue. i. niuibus cõtecta. ¶ Sub altis columinibus, pro culminibus ideſt tectis. ¶ Vbi cerua ſyluicultrix, ſupple uitam agit, ſyluicultrix quæ ſyluas colit. i. habitat. ¶ Nemoriuagus, q per nemora uagatur. q. d. debeo ne inter feras ætatem degere. ¶ Iamiam dolet q̃d egi mihi iam quoq; me pœnitet, tautologia eſt, idẽ enim bis quodã modo dicit, põt tamẽ aliter legi uerſus iſte, iam iam dolet quod egi mihi, iamiam mihi pœnitet, ut ſit ordo. Iam, iam, iam, iam, mihi pœnitus dolet q̃d egi. hac. n. uerborum conduplicatione ex nimio dolore utitur.

¶ Roſeis ut hic. Cũ dixiſſet Atys hæc uerba & ſonitus ad aures cybeles perueniſſet. ipſa leonib⁹ ſuis iugũ ſoluit, et unũ ex illis alloquuta miſit, ut atym pterrefaceret. ¶ Roſei ut hic alii hic. ſ. ſonus uerborũ atys a roſeis labellis abiit. ¶ Deorũ ad aures, ad aures cybeles deæ pluralis eſt p ſingulari et hoc q̃m ipſa deorũ mater eſt: uel deorũ oĩum, et cybele poſtea fecit q̃d ſeqt̃. ¶ Ibi iuncta, ibi p tũc auditis illis uerbis. ¶ Noua nuntia referẽs, ea uidelicet q̃ conqueſtus fuerat atys. ¶ Cybelea, pro cybele ſicut ẽt alibi dicet penælopea p penælope, poteſt tamẽ et cybele legi. ¶ Pecoris hoſtem, leonẽ q hoſtis eſt feris et animalibus cunctis quæ deuorat, ſub appellatione nanq; pecoris oĩa intelligimus animalia rõne carẽtia, alii hoſtẽ ad fabulã Hippomanes et atalãtæ referũt, quã lib. x. ponit Oui. ſed dictio illa pecoris talẽ ĩpedit ſenſum ſi diligẽtius cõſiderare uoluerim⁹. ¶ Læuũ, a ſiniſtra pte currus poſitũ. Alii Sæuũ legũt, ita loqt̃ ad illũ leonẽ. ¶ Age dũ iqt, cũ dixerit, ita loqt̃ notãdum q ſubiunxit Catullus iquit, quorũ alterum pculdubio ſuperfluũ eſt

Pecus

Iteratio.

quæ iteratio bis ēt in Virgilio reperitur ut Seruius annotauit, & lib.iii, cū dixiſſet. Quem phœbi interpres multo compellat honore, poſtea itulit, uade ait. Item in quinto, cum præmiſiſſet fidam ſic fatur ad aurē ſubierit, rurſus & ſeſe oſtendit in armis, dic ait: uerba ſunt quibus cybele leonē ſuū alloquuta eſt, & uerſus hic ſic legendus uidetur, age dum inqt, age ferox, agedum, face, ut hunc furor, alii eia agedum face iterponūt, ſed uerſus hypcatalecticus erit, alii aggredere furor legunt, ſed ſenſus nō procedit qa leonē alloquitur, illūq; exhortatur ut furorem in atym imittat. ¶ Age agedum exhortātis ſunt, ſubſequens uero carmen, ſic erit legendum ex emendatione paterna, face ut hic furoris ictu redditum in nemora ferat.

Face ut hic furoris ictu redditū in nemora ferat,
Mea libere nimium qui fugere imperia cupit,
Age cæde terga cauda, tua uerbera pateant,
Fac ut cuncta mugienti fremitu loca retonent.
Rutilam ferox toroſa ceruice quate iubam.

¶ FACE face, conduplicatio ad maiorē uim, ſicut agedum age. ¶ Qui fugere iperia. nā ſuperius dixerat ego ne a mea remota &c. ¶ Age cede terga cauda, excita te ad iram, ſolent nāq; leones cum ſe ad iram concitant caudæ ictibus terga flagellare, ut Plin. ſcribit lib. viii. cap. xvi. ¶ Vt uerbera pateant, ita te percutias, ut uerbera pateant, ut manifeſta ſint quaſi. d. maximā concipe iracundiā. ¶ Mugienti fremitu, a te emiſſo uidelicet, leones enim rugire grauiter ſolent, cū furore pciti ſunt. ¶ Quate iubam, cōcute. iuba aūt dicitur coma a collo depēdens de qua Pli. ita dicit, leoni præcipua generoſitas, tunc cū colla armoſq; ueſtiunt iubæ, id enim ætate contingit e leone cōceptis. ¶ Toroſa ceruice, toros appellamus pulpas carnis muſculoſas in quibus eſt robur, inde Toroſus, docet columella parandos eē boues ceruice longa, & Toroſa, inde ēt Toroſus pro robuſto dici pōt, placet et hoc loco quæ Auguſtinus de leone cybeles cōmemorat referre, leonē inquit adiungit ſolutū atq; manſuetū, ut oſtēdat eē nullum genus terræ tam remotum ac uehe-

Leonū ira

Iuba

Torus Toroſus.

menter ferum quod nō ſubiici colique cōueniat, Diodorus ait in. iiii. cybele cū fuiſſet expoſita ab leonibus & pardis enutritam, & ideo leones ei attribui, lucretius uero libro. ii. adiunxere feras, q: quāuis efferā proles offitiis debet molliri uicta parentū, hinc Virg. in. iii. & iuncti dominæ Currum ſubiere leones, ubi Seruius dicit, ideo leones ei ſubiugari. ut oſtēdat maternam pietatē omnia poſſe ſuperari, ubi & talem recitat fabulā Schœnos ciuitas fuit bœotiæ inde fuit uirgo Atalanta ṗpotens curſu, adeo ut ſponſos prouocatos, ac uictos occideret Poſtea Hippomenes uenerem ut ſibi adeſſet rogauit, a qua cum accepiſſet de orto heſperidum tria mala aurea, prouocauit puellam & ſingula cæpit iacere, tūc atalanta cupiditate legendorum malorum retenta, ſuperata eſt, ſed Hippomenes potitus uictoria, in luco matris deū amoris impatientia cum uicta cōcubuit unde irata dea in leones eos conuertit et ſuo currui ſubiugauit præcepitq; ne ſecum unq; leones coirent. Nam & Pli. in naturali hyſtoria dicit leonē cū pardalide & pardum cū leæna cōcumbere



quod quidem intelligendum ſic eſt, non q; Plinius aſſerat leones inter ſe nō coire, ſed adulterium eſſe cū pardis, ut & Claudianus dixiſſe uidetur. Obuia fulminei properent ad uulnera pardi. Semine permixto geniti, ideo autem curru uehi dicitur, qa ipſa terra eſt q̄ in aere pendet iō ſuſtinetur rotis, qa mūdus rotatur & uolubilis eſt.

Ait hæc minax cybele, religatq; iuga manu,
Ferus ſeſe ipſe adhortatus, rapidum icitat aīum,
Vadit, fremit, refringit uirgulta pede uago,
At ubi ultima albicantis loca littoris adiit,
Tenerumq; uidit Atyn prope marmora pelagi,
Facit impetū, ille demens fugit in nemora fera,
Ibi ſemper omne uitæ ſpatium famula fuit,
Dea magna, dea cybele, dea atrox dindymi
Procul a mea tuus ſit furor omnis hera domo,
Alios age incitatos, alios age rabidos.

¶ AIT Hæc minax, cum hæc dixiſſet Cybele iuga ſoluit ut libere leo diſcurrere poſſit. ¶ Cybele minax, ipſi leoni minitās niſi iuſſa exequatur uel minitās aty. ¶ Religatq;, ideſt ſoluit. ¶ Ferus, leo. ¶ Seſe adhortans, cauda ſe ipſum percutiendo ſicut præceptum fuerat. ¶ Virgulta, alii uirideta legūt. ¶ At ubi ultima, alii humida habent. ¶ Albicantis littoris, aut propter ſpumas, aut propter arenam. ¶ Prope marmora pelagi, ṗpe mare. nam marmor pro mari capitur a ſimilitudine uenarum ad undas. Virgi. et in lento luctantur marmore tonſæ. ¶ Ille demens. ſ. atys, factus furioſus, ut cybele leoni iuſſerat. ¶ Ibi, i. in ipſis nemoribus. ¶ Famula fuit, ſemp fuit miniſtra cybele. ¶ Dea magna, poſtq; poetica licentia fabulam atys narrauit. poeta. Votum facit, ne unq; tali corripiatur furore ut ſeipſum caſtrare uelit. ¶ Dea magna, cybele nāq; magna deorū mr̄ uocatur. ¶ Dea atrox, quæ furorem talem immittit. ¶ Dea dyndimi, phrygiæ mons eſt, nomen eſt ex his q̄ alternæ declināt. ¶ Here, caſus eſt uocatiui. ¶ Tuus furor, quē tu icutis. ¶ Alios age, alios ipellas ad furorem iſtum, ſed me liberū dimittas.

Marmor

Dyndimus mons

## EPITHALAMIVM IVLIAE ET MALLII.

c Ollis o heliconij.

## IN MALLII ET IVLIAE EPITHAL. EXPOS.

c OLLIS o heliconii, mallii & Iuliæ hoc epithalamio nuptias celebrat, eſt aūt epithalamiū carmen nuptiale. Quod deriuatio ipſa idicat, nā ab ἐπὶ καὶ θάλαμος. i. ad et thalamus dicitur, apollinem autem primum huiuſ modi carmen ceciniſſe maiores tradiderunt, cum tethis peleo nupſit, futuramque promiſit fœlicitatem, quod tethis apud æſchilum multis uerſibus conqueritur, ſicut Plato in libris de re. p. recitauit. Verſus eſt pharetratius quo genere ſcripſit etiam odē ſupius, dianæ ſumus in fide, ſed quimus quiſq; uerſus loco ſecundi dactyli habet ſpondeum. Pulcherrimus eſt autem epithalamii ordo a poeta noſtro ſeruatus, primo enim ad nu-

Epitalamiū

ptias celebrandas hymenæum inuocat. Eius deinde laudes canit, poſtea ita agit ut de matris domo exeuntem ſponſam & mariti domum proficiſcentem feſcenina proſequatur alloquutio, in domum porro mariti infertur, qua deinde in cubiculo col locata ſponſus introducitur, eorumq; coniunctio innuitur, poſtremo uotum fit ut filius naſcatur, quia coniugii finis eſt liberorum procreatio, materiam igitur ab hy menæi inuocatione igreditur, hymenæum uero quidam liberi ac ueneris filium fuiſ ſe dicũt, qui primus certas nuptias inſtituerit, ideo per laudẽ cantatur uirginalibus nuptiis ob huiuſcemodi meritum, ut in adelphis recitat donatus. Alii uero uirũ for tem atticum fuiſſe cõmemorant, qui raptas a prædonibus uirgines oppreſſis latro nibus intactas patriæ reſtituerit, cuius hyſtoriam diffuſius recitat Lactantius lib. tertio thebaidos. Alii quod hymen dicatur membrana quædam qua eſt munita uir ginitas, quæ primo diſrumpitur coitu, hymenæum putant alii hymnum uocari Vir ginalium nuptiarum, illud quoq; notandum ꝙ quẽdam modum græci hymenæum ita latini talaſſium in nuptiis inuocabant, ob cauſam quam recitat Liuius libro pri mo ab ur. con. & Seruius in primo æneid. licet aliter de Talaſſio Pluth. in quæſtioni bus Catullus noſter hymenæum inuocãs uraniæ filium fuiſſe dicit, hymenæum ex muſa genitum non ex uenere ſenſit etiam Martianus capella ita ſcribens in princi pio. Tu quem pſalentem thalamis quem matre camœna progenitum perhibẽt &c. Licet tamen alii calliopem matrem fuiſſe dicãt. Ordo igitur talis erit, o hymenææ hy men. Cultor collis heliconii genus uraniæ qui rapis teneram ad uirum uirginem cin ge tempora floribus &c.

Coniugii finis

Hymenæus cur inuocet

Talaſſius

Cultor, uraniæ genus,
Qui rapis teneram ad uirum
Virginem, o hymenææ hymen
Hymen o hymenææ.
Cinge tempora floribus,

Helicõ mons

CVLTOR Col lis helycomi, helicon ut Strabo ſcribit lib. nono mons eſt nõ pro cul a parnaſſo di ſtans, illi æmulus et altitudine & circui tu, hoc in loco conſe crata eſt muſis ædes fonſq; Caballinus & lybethridum ſpelunca nympharum, de hoc Plinius libro quarto cap. ſeptimo & muſis natale in nemore helicone aſſi gnant. Cum igitur uraniæ muſæ filium dicat hymenæum fuiſſe, idcirco helico nis cultorem appellat. Rapis, ad nuptiarum morẽ alludit de quo feſtus. Nam uirgo ex matris gremio rapi fingi tur, unde & ipſe inferius dicet qui na tam poſſis complexu auellere matris. Hymen o hymenææ, idem eſt ſed alte rum integrum alterum uero per apoco pen prolatũ, fit nã ꝙ cõduplicatio no minis iſtius boni ho minis gratia, & eſt uerſus qui intercala ris appellatur, ꝗ fre quenter poſt aliquã tulos interponitur uerſus, ſicut intercalares dies & men ſes uocantur qui iterponũtur ut ratio lu næ, ſoliſq; conueniat, ſicuti Seruius de clarat apud Virgi. æglo. octaua ubi poe ta Incipe menalios mecum &c. Hy men o hymenææ, hoc ex plauto ſumptũ uidetur, ex fabula quæ caſſina inſcribi tur, ubi legitur. Io hymẽ hymenææ o hy men, & apud menãdrum in nuptiis ita cani obſeruarunt. ὑμὴν ὦ ὑμέναι ὦ ὑμὴν & idem ab Ariſtophane in aui bus repetitum fuit. Cinge tempora floribus, Coronatus namq; hymenæus

Muſarum ædes in helicone

Fons Caballinus

Mos rapiendi uirginem

Intercalares uerſus

Intercalares dies

Intercalares menſes

Hymenæus coronatus



nuptiis intererat. Vnde Ouidius epiſto. yi. affuit & ſertis tẽpa uinctus hymen. AMARAci, amaracus herba eſt quã diocles medicus & ſicula gens ap pellauere quod ægyptus & ſyria ſanſu cum, ut Plinius tra didit libro uigeſimo primo cap. ſecundo Columella tamen li bro decimo ponit in ter arbores, & Stra bo libro ultimo ait p ſeam etiam arborem dici, dulcemq; fru ctum ferre. de ipſa fabulam huiuſmodi breuiter narrat Ser uius lib. primo æneidos, hic puer regius unguentarius fuit, qui caſu lapſus dum ferret unguenta, maiorem ex confuſione odorem creauit. Vnde optima unguenta amaracina dicuntur, hmõi poſtea in her bã ſampſucũ uerſus eſt. Flãmeum ca pe lætus, flammeum geſtamen erat uxo ris flãminis cum qua non licebat facere diuortium, & ideo boni augurii gratia nouæ nuptæ ſumebant ad perpetuita tem coniugii ſignificandam atꝗ etiam ut pudorem tegerent, hinc Lucanus lib. ſecundo leuiter tectura pudorem lutea demiſſos uelarunt flammea uultus, & Claudianus, flammea ſollicitum pꝰuela tura pudorem, erat autem panus tenuis quo nouæ nuptæ uultus contegebatur, a qua contectione nubo & nuptiæ di cuntur quia obnubere eſt tegere a nubi bus quæ aſpectum cœli tegunt. Lu teum ſoccum, ſcimus ex A. Gelii inter prætatione libro ſecundo cap. uigeſimo ſexto luteum eſſe colorẽ ſubruffum, ſci

Amaracus

Sampſucus.

Amaracina unguẽta

Flammeũ

Nubo. Nuptiæ.

Obnubere

Luteꝰ color

Suaue olentis amaraci,
Flammeum cape, lætus huc
Huc ueni niueo gerens
Luteum pede ſoccum,
Excituſq; hilari die,
Nuptialia concinens,
Voce carmina tinnula,
Pelle humum pedibus, manu
Spineam quate tedam.
Nanque Iulia Mallio,
Qualis idalium colens

mus etiam ſoccum eſſe muliebris calcia menti genus, ſed uirgines luteo calcia mento uſus fuiſſe ex Seneca in Hippo lyto apparet in choro o diua non miti, ubi de Hercule loquitur qui habitu mu liebri muliebria ãp reginã exercuit of ficia, cũ inquit cru ra diſtincto relega uit auro, luteo plan tas cohibente ſoc co. Vtebãtur etiam flammeo luteo, Vn de Plinius libro ui geſimoprio, lutei ui deo honorem anti quiſſimũ in nuptia libus flammeis totũ fœminis conceſſum. Nuptialia carmina, uel epithalamiũ, uel feſceninos uerſus, de quibus inferius dicemus. Voce tinnula, acuta & re ſonanti a ſonitu ipſo fit uocabulũ maxie æris percuſſi. Pelle humum pedibus, per circumloquutionem dixit Salta, qui enim ſaltat pede terram pellere uidetur. Spineam quate tedam, ſolebant tedas quinque ante nouam nuptam præferre, de quibus inferius dicemus, hæ autem ex ſpina confici conſueuere uti Plinius li bro decimoſexto cap. decimonono indi cat, in eoſdem ſitus committatur & ſpi na nuptiarum facibus auſpicatiſſima. quoniam inde fecerint paſtores qui ra puerunt Sabinas ut auctor eſt maſſu rius. Nanq; iulia mallio, Rationem apperit cur hymenæum uenire iuſſerit, quia uidelicet iulia nubit mallio. Qualis idalium, comparatio huc ſpe ctat ſicut uenus cum bono augurio ue nit ad iudicium paridis, quia uictoriam

Soccꝰ

Luteũ calciamentũ

Hercules habitu muliebri

Luteũ flammeum

Tinnulus

Tedæ ex ſpina & quare

Sabinarũ raptus

inde reportauit, itã etiam iulia proficiſcetur ad uirum ſuum. Qui uero ad ornatum ueneris hoc referunt, mea quidem ſententia uerba poetæ minime præſtitarunt. ¶ Idalium, cipri nemus ſuperius annotatum Epigrãma. xxxiii.

Venit ad phrygium Venus
Iudicem, bona cum bona
Nubit alite uirgo,
Floridis uelut enitens
Myrtus agia ramulis,
Quos Hamadryades deæ
Ludicrum ſibi roſcido
Nutriunt in odore
Quare age huc aditum ferens

¶ AD Phrygium iudicem, ad paridẽ Alexandrum qui ꝓ Venere contra Iunonem & mineruam iudicauit. Fabulam uero dearum uide in Apuleio libro deciimo de aſino, Iudicium paridis in Alexandria monte fuiſſe ſcribit Strabo libro decimotertio.

Indicium paridis

¶ Cum bona alite, cum bono Augurio, Ex auibus enim augurium fit, & loco boni ominis in nuptiis ſic dicere ſolebant uidelicet, Fauſtum, bonum, felix. Fortunatumq; ſit hoc coniugium, Vnde Virgil. in primo. Cui pater intactã dederat primiſq; iugarat ominibus, & Cicero ꝓ Cluentio nubit genero ſocrus, nullis auſpicibꝰ, nullis auctoribus, funeſtis ominibus, ſolebãt etiam antiqores in rebus omnibus peragendis tam publicis q̃ priuatis augurium ſummere, ut Vale. in principio ſecundi memorabilium & Cicero i libro de diuinatione referunt, ſed in nuptiis præcipue bona auſpicia optabant, unde poſterioribus temporibus auſpicẽ ſaltem intereſſe nuptiis uolebãt, ut Vale. de inſtitutis antiquis ex Cicerone repetiuit, hinc illud Plauti in Caſſina, Argẽtum ſiquis dederit ut ego ſuſpicor ultro ibit nuptum non manebit auſpices, inde Luc. Cõtentiq; auſpice bruto, hinc Iuuenalis ueniet cũ ſignatoribus auſpex. ¶ Floridis uelut enitens, hæc compara

Verba q̃bus i nuptiis utebãtur boni oĩs cã.

Mos augurandi

Auſpex i nuptiis

tio ad iuliæ pulchritudinem & decorẽ ſpectat, illam comparans floridis myrti ramulis. Myrtus arbor eſt ueneri ſacra ut Seruius libro primo Georgi. & Plinius libro duodecimo cap. primo teſtantur, de qua idem diffuſius loquitur libro decimoquinto capi. uigeſimonono & Au. Gellius libro quinto cap. ſexto, eſt autem ueneris uel quia littora amat & uenus de mari nata eſt uel q̃a prodeſt multis mulierum neceſſitatibus, unde & myrtia dicta eſt Venus quæ poſtea murtia ut Pli. & Pluth. in quæſtionibus, q̃suis Feſt. Pomp. a monte Auentino qui antea murcus eſt dictus, myrti uero genera tria eſſe ex Catonis auctoritate prodidit Plinius, Cãdidam nigram, coniugalem fortaſſe e coniugiis, hanc uidetur ἁγίαν, ideſt ſanctã appellare uel agian dicit nymphis conſecratã quia ſubiungit nymphas ramos ad uoluptatem ſibi nutrire, hamadriades dicuntur nymphæ quæ una cum arboribus naſcuntur & moriuntur. ¶ Ludicrum ſibi, Iudicrum ſubſtantiue, ideſt ad rem iocoſam & uoluptatis plenam ſignificat. ¶ Roſido nutriunt in odore, Nam myrtus odorifera eſt arbor. Alii in humore legentes parum ſyllabam penſitarunt cum in humore prima producatur. ¶ Roſido in odore, quia ex rore nutriuntur plantæ & herbæ. ¶ Quare age, quaſi dicat cum ſumptũ iam ſit fœlix auſpicium & formoſa ſit Iulia accedas huc.

Myrtus ueneri ſacra

Myrtia Venus

Auentinus mons

Murcus

Myrtus genera

Myrtus

Agi hamadriades

Ludicrum



¶ THESpiæ rupis, deſeras loca muſarũ in q̃bus ſolitus es uerſari. ¶ Theſpiæ rupis, mõtis heliconii eſt enim Theſpia oppidum heliconi proximũ de quo Plinius libro quarto cap. ſeptimo ubi cupidinis ſtatua erat ut Stra. refert lib. ix. ¶ Aonios ſpecus, Antra muſarũ quæ ſunt i Bœotia quæ aonia dicta fuit & Aones mõtes a quibus Aonides muſæ dictæ, ut Iuuenalis, Aptuſque bibendis fontibus aonidum. ¶ Lympha quos, ſupra quos montes fluit aqua Aganippes, Aganippe fons eſt in Bœotia ut Plinius lib. quarto cap. ſeptimo teſtatur muſis ſacer, unde aganippeus dicitur. Ouid. vi. faſt. dicite q̃ fontes aganippidas hippocrenes Grata meduſei ſigna tenetis eq. ¶ Dominam uoca, ipſam Iuliam & ad nuptias per coemptionem alluſiſſe uidetur, de quibus ſupra ex Plutarchi auctoritate de quibus & Virgilius libro quarto intellexit cum inquit. Et dominum æneam in regna recepit, ubi Seruius recitat quo modo certis ſolemnitatibus coẽptio upud priſcos peragebatur in contrahendo matrimonio & ſeſe coemendo inuicem uir & uxor interrogabant, Vir ita an mulier ſibi materfamilias eſſe uellet? illa reſpondebat uelle. Item mulier interrogabat utrum uir ſibi pater familias eſſe uellet? ille reſpõdebat uelle. Itaque mulier in uiri manu conuenie bat & uocabantur Eæ nuptiæ per coemptionem, de quibus etiam Cicero in

Theſpia op.

Cupidinis ſtatua

Aonia

Aones mõtes

Aonides

Aganippe fons

Nuptiæ p coemptionẽ

Coemptio quo modo

Perge linquere theſpiæ
Rupis aonios ſpecus:
Lympha quos ſuper irrigat
Frigerans Aganippe,
Ac domum dominam uoca
Coniugis cupidam noui,
Mentem amore reuinciens,
Vt tenax edera hac, & hac
Arborem implicat errans.
Vos item ſimul integræ

Topicis, & Boetius in cõmento, quod aũt dicit Seruius libro primo georgico. Teq; ſibi generũ tethis emat. ad antiquum nuptiarum pertinet ritum quo ſe maritus & uxor inuicem emebant. id declarare uidetur Nonius Marcel. Ex auctoritate Varronis qui ait nubentes ueteri lege Romana tres aſſes ad maritum uenientes ſolere puehere atq; unum quem in manu tenerent tanquã emendi cauſa marito dabãt, Vnde Virgilius dixit, Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus undis quaſi dicat non modo aſſe ſed omni ditione ſua te emet. Vnde uxor domina dicebatur, tanquã quæ maritum emiſſet. Hinc Catullus inquit dominam uoca. ¶ Noui coniugis, Mallii. ¶ Vt tenax hedera, ſimile eſt illud A Pollione pro Galleno.

Ite agedum pueri pariter ſudate medullis
Omnibus inter uos, non murmura ueſtra columbæ
Brachia non ederæ, non uincant oſcula conchæ,

Niſi q; hic de brachiorum amplexu illic de amoris & mentis connexione loquitur. ¶ Vos itẽ ſimul integræ, uirgines quoque hortatur ut hymenæum inuocent. ¶ Integræ, intactæ incorruptæ, uirgines, matrimas & patrimas itelligit uirgines, ideſt quæ patrem & matrem haberent. quæ ad uirum nouam nuptam ducebant.

Seruii locus

Aſſes tres ad maritum

Virgilii locus

Vxor quare domina

Pollionis uerſus

Virgines matrimæ & patrimæ

UNIVERSITARIA SALAMANCA

¶PAR dies, nuptiarum uidelicet. ¶ In modum dicite, ad menſuram & rhytmum cantantes, Incitat enim illos ut hymenæum uocent. ita tamen ut in rhytmum canant, qui uero in Nodum legunt, ideſt in choream ratundam, ſyllabam minime penſitarunt. ¶ Vt lubentius, audiens, ordo ut audiens ſe citarier ad ſuum munus lubentius huc aditum ferat. ¶ Dux bonæ Veneris, amoris cōiugalis quia eſt etiā impudica uenus. ¶ Boni amoris, conubialis, quia eſt etiam amor inhoneſtus. ¶ Quis deus magis ac magis, ſic legendum eſt hoc carmen, uel quis deus magis optimis. Hi enim ſunt optimi amantes qui fœdere coniugii iuncti ſunt. ¶ Quis deus magis, ꝙ hymenæus uidelicet. ¶ Te ſuis tremulus, apoſtropha eſt ad ipſum hymenæum, & eſt ſenſus, parentes iam ſenes optant ut filiæ ſe annuente nubant, ſuis ſcilicet filiabus. ¶ Tremulus, qui ob ſenectutem tremit & tanquam morti uicinus filias locatas uidere cupit. ¶ Tibi uirgines Zonula ſoluunt ſinus, ſenſus eſt, uirgines ſpoliant ſe ut eant in lectum coniugis, Nam cingulo gremium deuinciebatur, ut Plutar. in Lycurgo, poſſumus etiam ad Zonam, ideſt ad cingulum referre de quo ſuperius in ſecundo Epigram. dictum fuit, & ſoluunt triſyllabum eſt.

Zonæ ſolutio

Virgines quibus aduenit
Par dies, agite in modum
Dicite, o hymenææ hymen,
Hymen o hymenææ.
Vt lubentius audiens,
Se citarier ad ſuum
Munus huc aditum ferat
Dux bonæ Veneris boni
Coniugator amoris
Quis deus magis ac magis
Eſt petendus amantibus?
Quem colant homines magis
Cœlitum? o hymenææ hymen.
Hymen o hymenææ.
Te ſuis tremulus parens
Inuocat, tibi uirgines
Zonula ſoluunt ſinus,
Te timens cupida nouos
Captat aure maritos,
Tu fero iuueni in manus,
Floridam ipſe puellulam
Matris a gremio ſuæ

¶ Te timens, tanquam uirgo non aſſueta pati uirum. ¶ Cupida nouos captat aure maritos, auſcultat an in cubiculum maritus ueniat, quem uehementer cupit, poſſet etiā hoc ad puellarū morem referre quæ diligenter uerba parentum auſcultare ſolent, quando de ipſis locandis ſermonem habent, ſed magis prima placet ſententia. ¶ Tu fer o iuueni, quidam non percipientes fer o duas eſſe dictiones, ita interp̄tati ſunt tanquā adiectiuum ſit fero iuueni. deinde in quarto carmine dedis adiunxerunt aſſerentes in ipſo uerbum aliquod deeſſe, quod tamen nequaq̄ deerit, ſi prout parenti meo placuit ita legerimus. Hymen o hymenææ hymen. Eſt autem ordo & ſenſus, o ipſe hymen fer, ideſt adducas, uel fer pro auſer, ſicut omnia fert ætas, floridam puellam a gremio ſuæ matris in manus mariti, ꝙ autem dicit a gremio matris. hoc antiquum morem reſpicit. Solebant.



namque ut Feſtus docet Pomponius ita ſimulare tanquam nouas nuptas a gremio matris raperent. aut ſi matrem non haberent ex eius ſinu, quæ ſibi neceſſitudine magis coniuncta eſſet, & hoc quia feliciter Romulo ceſſit rapina quam de Sabinis fecerat.

Virgines a gremio matris rapiebant

¶NIL poteſt ſine te uenus. Nihil inquit in rebus uenereis niſi matrimonio interueniente laudabile eſſe poteſt. ¶ Fama quod bona cōprobet, quod laude dignum ſit. ¶ At poteſt, ſcilicet commodum capere. ¶ Quis huic deo? interrogatiue hoc legendum ē. q. uelit inferre nullū eſſe comparandum, & uerſus eſt intercalaris. ¶ Nulla quit ſine te domus. Nulla inquit familia ſine matrimonio poteſt filios procreare, nec aliquis poteſt parens dici.

Dedis, o hymenææ hymen:
Hymen o hymenææ.
Nil poteſt ſine te Venus,
Fama quod bona comprobet
Commodi capere, at poteſt
Te uolente. quis huic deo
Compararier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare, nec parens
Stirpe ditier, at poteſt
Te uolente, quis huic deo
Compararier auſit?
Quæ tuis careat ſacris
Non queat dare præſides
Terra finibus, at queat
Te uolente, quis huic deo
Compararier auſit?
Clauſtra pandite ianuæ.
Virgo adeſt, uiden ut faces

¶ Liberos dare, legitimos intelligit quia proculdubio abſque hymenæo poſſunt filii Spurii generari. ¶ Nec parens ſtirpe dicier, quia ſine te non dicitur parēs. quia correlatiua ſunt filius & parens. Namque filii non legitimo concepti matrimonio non patris ſed matris genus aſſequuntur. ut in iure habemus digeſtis de ſtatu hominum in .l. lex naturæ q̄ eſt lex Vlpiani, niſi tamen lex ſpiritualis aliud inducat, Donatus quoque exponens illud Virgilii libro primo æneid. & pulchra faciat te prole parentem, inquit ex adulterio non poteſt dici pater. ¶ Stirpe, legitima ſcilicet. ¶ Quæ tuis careat ſacris. locus iſte & alii permulti huic ſimiles efficiunt ut minus mirer ſi poeta docti cognomentum ſit adeptus. horum autem carminum ordo talis erit. Ex quo ſenſus facile patebit. Terra quæ careat tuis ſacris non queat dare præſides finibus, ad morem enim Romanorum alludens, feciales & patrem patratum intelligit. Is enim eſt qui patrem habet, & idem habet filios, ꝙ ſine coniugio fieri non poteſt, præſides autem finibus eſſe feciales & patrem patratum apparet. Ex Liuio, & ideo minime eorum ſententia probanda uidetur, qui præſides hoc loco pro obſidibus poſitum exiſtimant quod nuſquam legi. Quemadmodum ꝙ magiſtratus niſi legitime natis darentur. ¶ Clauſtra pandite, ianitores ut fores pandant alloquitur, ut ex

Filii nō legitimo partu concepti matris genus ſequuntur

Pr̄ ex adulterio nō dicit

Feciales Pater patratus Præſides finibus qui

domo ſponſa exeat, mariti domum profectura. ¶ Clauſtra ianuæ, ideſt ipſam ianuam. ¶ Viden ut faces, ritum tangit nuptiarum antiquarum in quibus ſolebant nouam nuptam quinque pueri faces accēſas manibus geſtantes præire. ob has cauſas quas Plutharcus recitat in quæſtionibus quæſtione ſecunda, quoniā uidelicet is numerus eſt impar, & imparitas diuidi non poteſt, aut ſi diuidatur aliquid cōmune relinquitur, ſicut omnia coniugibus debent eſſe communia, unde & donationes inter coniuges uetitæ erant, ſicuti idem quæſtione ſeptima docet. Ex omnibus autem imparibus quinarius eſt aptior. quia tria primum locum imparitatis tenent, duo autem paritatis. Et impar tanquam ualidior maſculum, par uero tāq̄ imbecillior fœminam denotat, In ternario uero nulla diuiſio fieri poteſt. Cū unum non ſit numerus ſed numeri principium, alii dicunt ꝙ cum lux ſit generationis ſignum, Mulier uero ſupra quinque uno partu naturaliter edere non poſſit, idcirco totidem uſos facibus, Alii ꝙ quinque deos hi precantur qui matrimonio iunguntur, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, ſuadelam, lucinam quam etiam in partu & doloribus mulieres inuocat, ut ſuperius dictum fuit. De facibus in nuptiis uideto etiam Feſtum Pompeium.

Quiq; faces i nuptiis

Donationes iter cō iuges uetitæ

Vnum nō eſt numerus

Quiq; uno partu

*Splendidas quatiunt comas?*
*Sed moraris, abit dies:*
*Prodeas noua nupta.*
*Tardat ingenuus pudor,*
*Quæ tamen magis audiens*
*Flet, quod ire neceſſe ſit.*
*Sed moraris, abit dies*
*Prodeas noua nupta.*
*Flere deſine: non tibi*
*Herculeia periculum eſt,*
*Nequa fœmina pulchrior*

¶ QVAtiunt comas, metaphorice flāmarum apices comas appellat. ¶ Sed moraris, increpat moram ſponſæ, quaſi dicat ne tardes tantum, dies enim præterit, mulierum eſt morari, nam dum comuntur, dum molliuntur annus eſt ut Terentius inquit. ¶ Prodeas, exi & eodem quoq; carmine cunctantem ipſam euocat. ¶ Tardat, in domo moratur. ¶ Pudor, quia cum ad uirum accedas amittenda tibi eſt caſtitas. ¶ Quem tamen, ſcilicet pudorem audiens, ſcilicet ipſa puella magis flet ꝙ ire neceſſe eſt ad maritum uidelicet, ita enim ordo fieri debet. ¶ Flere deſine, Iuliam monet ne fleat cum ſit in toto orbe pulcherrima, Alii tardat legunt. Et ſic erit ſenſus, & ſunt uerba poetæ ſecum loquētis, pudor tardat ipſam ne egrediatur, quia non libenter amittit pudicitiam, quā tamē audiēs magis ꝙ deceat flet, ꝙ ire oino neceſſe eſt. Vnde ipſam exhortatur ne fleat, quia inter reliqua quæ ipſam cōſolari poſſunt hoc unum eſt non paruifaciēdum: ꝙ omnium pulcherrima domo exhibit. ¶ Non eſt periculum, hoc illud ſonare uidetur quod uulgo frequēter uſurpat. nō eſt periculum ꝙ aliqua te pulchrior reperiatur. Herculeia patronymicū ſed ſpēs poſſeſſiui a pr̄e deriuari ſicut priameia uirgo Caſſādra priami filia apud Virg. lib. ii. alii tamē Iulcia legūt ut ſit deriuatiuum ꝓ poſitiuo Iulcia. i. o Iulia

Mora in mulierib⁹

Priameia uirgo

¶ Ab



¶ AB OCEAno diem, poetice hoc dictum eſt, non ſecundū rem phyſicā illi nāq; fabulantur ſolem cū oritur ex oceano emergere. ¶ Talis eſt in uario, Comparatio ad ſponſæ pulchritudinem ſpectat. ¶ Vario, propter flores diuerſos. ¶ Flos hyacintin⁹, hyacintus puer fuit ab apolline dilectus & demum in florē ſui nois cōuerſus, cuius fabulā Ouidius recitat lib. x. Aiax quoq; cum per inſaniam ſeipſum interemiſſet in eundē mutatus eſt florem, ut Oui. lib. xiii. cōmemorat, hinc Pli. lib. xxi. capi. ii. hyacintū comitatur fabula duplex luctū ꝓferre eius, quē apollo dilexerat, aut ex aiacis cruore editi, ita diſcurrētibus uenis, ut græcarū litterarū figura ea legat̄ inſcripta, hinc Oui. lib. xiii. Littera cōis mediis pueroq;, uiroq; iſcripta eſt foliis, hæc nominis, illa querelæ. Nā in decimo ita dixerat ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & αἰ αἰ flos habet inſcriptum, funeſtaq; littera ducta eſt. Nam αἰ uox eſt lugubris, ut feſt. Pō pe. in dictione ægrū teſtatur, & eſt et principium nois aiacis qui αἴας a græcis dicitur, idē quoq; affirmat Seruius æglogā. iii. ubi inquit poeta, dic quibus in terris inſcripti noia regum naſcuntur flores. Cum dicit hyacintus ubiq; naſcitur flos qui natus eſt primo de hyacinti ſanguine, poſtea de aiacis, eſt autem rubrum quaſi lilium deſignans primā aiacis litterā, & paulo poſt, ſane multi uolunt. Nomina regum pro nomine regis poſitum. Nam flos iſte aiacis tantū & non hyacinti nomē retinet, ubi aduertendus eſt librariorum error et ſcriptorū in curia q hyaciti præpoſuerunt & aiacis poſtpoſuerunt præſertim cum ipſe Seruius dicat. Quoſdā uoluiſſe ut ſint nomina regum pro nomie regis poſitū, ſed ſi hyacintus eſſet inſcriptus non eſſet nomen regis, quia hyacintus non fuit Regis filius, ergo ex ipſius uerbis facile eſt depræhendere librariorum errorem, qui nomina ipſa tranſpoſuerunt. Quem nonnulli minime cōſiderātes apud Oui. in. x. ſic legere uoluerūt, & hya flos habet iſcriptū, quam lectionē nullo pacto ꝓcedere poſſe. Ipſius Ouidii uerba lib. deciotertio oſtendunt. Cum dicat hæc nominis, illa quærelæ. Nam hya aiacis nomē nunq̄ denotauit. hæc autem de hyacinto dicta ſunt ad quæſtiones ſoluendas quæ paſſim de illo a grāmaticis noſtris fieri conſueuere. Quare ad ꝓpoſitū reuertamur. ¶ Prodeas, eodem carmine cunctantē euocat. ¶ Non tuus leuis in mala, maritū malliuin in coniugali amore conſtantem futurū pollicet, dicitq; ipſum nāq; apud adulteram cubiturum, ſed potius ꝙ ſemper inherens eius amplexibus imorabitur, ſicut uitis arbori iūcta ſemp iplicat. ¶ Non leuis, immo cōſtans & ſtabilis,

Hyacintus

*Clarum ab oceano diem*
*Viderit uenientem.*
*Talis in uario ſolet*
*Diuitis domini hortulo*
*Stare flos hyacinthinus.*
*Sed moraris, abit dies,*
*Prodeas noua nupta.*
*Prodeas noua nupta, ſi*
*Iam uidetur, & audias*
*Noſtra uerba, uiden? ut faces*
*Aureas quatiunt comas*
*Prodeas noua nupta.*
*Non tuus leuis in mala*
*Deditus uir adultera,*
*Probra turpia perſequens,*
*A tuis teneris uolet*

αἰ αἰ uox lugubris

Seru⁹ defenditur a criticis

Ouidii locus

¶ SECVBAre ſeorſum cubare. ¶ Lenta qui, ordo qui implicabitur in tuũ cõplexum uelut uitis lenta. i. flexibilis implicat arbores adſitas. i. ſimul ſitas a ſitu, non autem a uerbo adſcire, qa ſyllaba repugnaret, & ſm regionem italiæ & ſitum loquutus eſt in qua uites arboribus iungũtur. Vnde Virgilius in prĩo Georg. Vlmiſq; adiũgere uites, alii yn legunt. ¶ O cubile quod oĩbus cãdido pede lectulis, poſt iſta duo carmina feneſtra in codice antiquo ſequitur & ſine dubio tres deſunt uerſus. Sed unus tãtum qui ſenſum ipedit, duo uero intercalares, ſenſus tamẽ pfectus elici non põt, conãtur aliqui uerſum ipm ſupplere, q̃ tibi ueniũt bona, ſed cũ catullian⁹ nõ ſit, feneſtram uacuã relinquã, ut unicuiq; liberũ ſit quicqd uoluerit ſupplere, ſenſus uero ita cõtinuari uř, o, cubile gaudeas qa hæc gaudia ueniunt tuo hero quot & quanta ueniunt omnibus lectulis fœlici pede & die & nocte. ¶ Nocte uaga, uel ob lunam uagam, uel quia amatores nocte uagãtur. ¶ Tollite o pueri, pueros hortat ut aduenientẽ ſponſa faces extollant, qui uero exponũt tollite pro auferte ritum in nuptiis antiquum non tenent, pueros uero patrimos & matrimos intellige q in nuptiis adhibebantur. quorum unus cũ face ex ſpina alba pcedebat, duo uero ſponſam comitabantur domũ mariti ut feſt. Pomp. inquit licet alii quinq; fuiſſe aſſerant, ut ſuperius annotauimus, noua nupta in nuptiis ignem & aquã iubebatur attingere, hinc Oui. i ſecũdo de arte, iſta uiri captẽt ſi uĩ captanda putabũt quos facit iuſtos ignis & unda uiros, uel quia ea duo elementa ad purgandum ualent & uxorẽ decet purã eſſe & caſtam, uel quia ex calore et humore omnia progenerantur, ut Lactantius inquit lib. ſecũdo cõtra Gentiles capi. decimo, & neutrum horum per ſe niſi iungantur fecundum eſt. Vnde quos in exiliũ eiiciebant his aqua et igni ideſt cõmunione uitæ iterdicebãt. Ideo hæc duo uitæ cõmunionem indicabant. ¶ Flãmeum uideor uidere, iam iquit uenit ſponſa quæ flãmeo caput contectum habebat, ſicut ſuperius diximus. Alii codices habẽt flãmeũ uideo uenire, utroq; modo legi poſſe exiſtimo. ¶ Ite cõcinnite in modum, in rhytmũ, in menſurã qui locus indicat etiã ſuperius legi debere in modum, non aũt in nodum. ¶ Nec diu taceat pcax feſcenina loquutio. Ad faſcinum remouẽdum in nuptiis feſcennini uerſus canebantur, ut feſt. inquit, erant

Mos antiquus

Ignis & aqua in nuptiis,

Feſcennini uerſus

*Secubare papillis,*
*Lenta qui uelut ad ſitas*
*Vitis implicat arbores,*
*Implicabitur in tuum*
*Complexum, ſed abit dies,*
*Prodeas noua nupta.*
*O cubile quod homine*
*Candido pede lectulis*
*Gaudeas, ſed abit dies:*
*Prodeas noua nupta.*
*Quæ tuo ueniunt hero,*
*Quanta gaudia, quæ uaga*
*Nocte, quæ medio die,*
*Gaudeas, ſed abit dies,*
*Prodeas noua nupta.*
*Tollite pueri faces,*
*Flammeum uideor uidere*
*Ite, concinnite in modum,*
*Io hymen hymenæe io,*
*Io hymen o hymenæe.*
*Nec diu taceat procax*
*Feſcenina locutio,*



autem feſcenini uerſus uel ab ipſo faſcino dicti, uel ut alii uolunt a feſcenina urbe campaniæ ubi nuptialia inuenta ſunt carmina, ut Seruius inquit, erant autẽ omnis laſciniæ & opprobriorum pleni, qua de cauſa poeta procacem loquutionem appellauit. ¶ Nec diu taceat, hoc eſt ſtatim cantentur feſcenini uerſus.

*Nen nuces pueris neget,*
*Deſertum domini audiens*
*Concubinus amorem.*
*Da nuces pueris iners*
*Concubine: ſatis diu*
*Luſiſti nucibus, lubet*
*Iam ſeruire Thalaſſio,*
*Concubine nuces da.*
*Sordebam tibi uillice*
*Concubine hodie, atque heri,*
*Nunc tuum cinerarius*
*Tondet os, miſer ab miſer,*
*Concubine nuces da.*
*Diceris male te a tuis*

¶ NE NVces pueris neget. Puerũ mallii concubinum hortatur, ut cũ eius dominus uxorem ducat deſiſtat a libidinis officio, nuces pueris tradens, cõcubini nãq; cũ turpi & deteſtando libidinis Seruitio liberabãtur ut Seruius i bucoli. docet. Nuces ex antiqua cõſuetudĩe pueris dabant, ſignificãtes omnia puerilia in poſterum ſpernere. Nam nuces puerorũ luſũ fuiſſe nõ ignoram⁹. Vnde Perſius dixit. Nucibus facimus quæcunq; relictis ideſt poſtq̃ pueri eſſe deſiimus, & Mar. Alea parua nuces & nõ damnoſa uidetur Sæpe tamen pueri perdidit illa nates, ſolebant etiã in nuptiis nuces a marito ſpargi pter eã quã adducit Seruius ex uarronis auctoritate cauſam in Buc. Vbi inquit poeta ſparge marite nuces, quæ eſt, ut iouis omine matrimonium celebretur, ut nupta matrona ſit ſicut Iuno, Nam nuces in tutella ſunt iouis, unde & iuglandes dicũtur quaſi iouis glandes, illud uero uulgare exiſtimat ideo ſpargi nuces ut a rapientibus pueris fiat ſtrepitus ne puellæ uox uirginitatem amittentis poſſit audiri, uulgare exiſtimaſſe etiam uidetur Plinius lib. xv. ca. xxii. ubi ĩquit. Nuces iuglandes q̃q̃ et ipſæ nuptialiũ feſcenninorum comites & ſtatim poſt nec non honor his naturæ peculiaris gemino protectis opperimẽto puluinati primũ calicis, mox lignei putaminis, quæ cauſa eas nuptiis fecit religioſas, tot modis fœtu munito quod eſt uerisimilius q̃ q, cadendo tripudium ſonitũ ue faciãt. ¶ Satis diu luſiſti. i. ſatis diu puerilia exercuiſti. ¶ Lubet iam mallio domino tuo. ¶ Seruire Talaſſio ideſt matrimonio ſicut ſuperius declarauimus, nec amplius cynædos ſequi. ¶ Sordebam tibi uillice concubine. Exprobat quodãmodo inſultans Catullus concubino, q̃ pridem ab ipſo iberbi ſpretus fuerit. Cũ nunc obſoletus ſit factus & faciem hiſpidam habeat, ex quo innuit ipſum ad libidinem minime idoneũ eſſe. ¶ Hodie atq; heri. quaſi dicat quotidie. ¶ Villice cõcubine, quaſi dicat ruſtice, qui me ſpreuiſti. ¶ Cinerarius tondet os, quia per ætatem iam habes barbam, ideo tonſor illam nunc tondet, cinerarii aũt dicuntur qui & alio uocabulo ciniflones appellãtur, qui calamiſtro crines cincinare ſolent, & hoc loco pro tonſore poſitũ uidetur. ¶ Miſer ab miſer, miſerũ uocat quia nõ eſt amplius ad libidinem aptus. ¶ Diceris male te, magna licentia ex cõſuetudine carminis feſcenini libidinem mallii in pueros taxat.

Mos antiquus

Nuces puerorum

Nuces a marito ſpargebãt

Nuces i Iunonis tutella. Inglãdes.

Cinerarii Ciniflones

Eundemq; hortatur ut iam maritus fa‑ctus caſte uiuat. ¶ Diceris male, ſenſus eſt aiunt te cum ſumma difficultate ab‑ſtinere a cynædis tuis.

mus tyriis non iam ſua caſtra, ſed ultro hoſtilẽ ſeruare fugam ni forte mycenas contenti rediiſſe petant. ¶ Quæ uir pe‑tet, quaſi dicat ſi etiam te pædicare uel‑let, libidinoſi eni homines uxoribus ſuis ad res uenereas abutuntur, Vnde Mar‑tialis, pædicare ſe‑mel cupido dabit il‑la marito. Dum me‑tuit teli uulnera pri‑ma noui. ¶ Ne peti‑tum aliũde eat, a cy‑nædis ſcilicet & a concubitus ſolitis. ¶ En tibi domus et potens, iam domum mariti oſtendit ad quã peruenerant, fe‑ſcenina carmina ca‑nendo. ¶ Et potẽs, potens nunc nomen eſt alias participiũ. Alii tamen patens le‑gunt, potens quo ad uires, Beata quo ad diuitias. ¶ Fine quæ ſine ſeruiat, ita legendum eſſe pater exiſtimauit, & ordo eſt q̃ ſeruiat ſine fine uſq; dum tremulum mouẽs &c. Sed uerſus itercalares inter ponũtur. ¶ Vſq; dum tremulũ, tibi ſer‑uiat domus uſq; dũ cõſeneſces. ¶ Cana anilitas, ſenectus q̃ hoies reddit canos. ¶ Tp̃s tremulũ, ut plm̃ naq; ſenibus ca‑put tremulũ ẽ, et qm̃ ſolem⁹ caput quaſ‑ſare cũ annuimus, iõ de tremula ſenectu‑te ioco ſe ſubiũgit. ¶ Oĩa oĩbus annuit, q̃a ſenes cũ caput tremebũdi ſemp incli‑nent uidentur omnia omnibus annuere. ¶ Vel omnia omnibus abnuit, q̃a ſene‑ctus omnia

¶ VNGVENtate, ungẽtis. i. odoribus perlite. ¶ Male, dif‑ficulter. ¶ A tuis glabris, glabros iber‑bes et depiles appel‑labant antiquiores, hinc Nonius Marcel‑lus de doctorũ inda‑gatione, quod ludis pueri præſules cẽnt glabri ac depiles pp ætatem quos Roma‑ni ludios appellabãt ¶ Glabris marite, ultima ſyllaba in uer‑ſu ſequẽti excludit, ita & in ſequẽti ſed marito, ubi ri poſtea tanq̃ finalis ſyllaba breuiatur rõne ſupe‑rius dicta. ¶ Sci‑mus hæc tibi quæ li‑cent, ordo eſt & ſen‑ſus, ſcimus hæc quæ tibi licent. ſ. nondũ marito effecto, & puerorũ amores itel‑ligit. ¶ Quæ tibi li‑cent, q̃ tibi uis licere. ¶ Sola cognita. q. d. nũq; cũ muliere coiſti, ſz iſta eadẽ iſti amores puerorũ nõ licẽt tibi marito. i. ti‑bi cu3 iam ſis factus maritus. ¶ Nupta tu quoq;, Iuliam hortatur ut ipſa uiro circa uenerem in omnibus obſequens ſit, ne fortaſſis maritus ad aliam accederet. ¶ Caue ne neges, uel ni pro ne more pri‑ſco qua panicula plenus eſt Plautus ni mala ni ſtulta es, & Virg. lib. tertio. Ni teneant curſus. Stra. lib. decimo inde ani

*glabri*

*Ludii*

*Ni pro ne.*

Vnguentate glabris marite
Abſtinere, ſed abſtine.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe,
Scimus hæc tibi, quæ licent
Sola cognita, ſed marito
Iſta non eadem licent,
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.
Nupta tu quoq;, quæ tuus
Vir petet, caue ne neges,
Ne petitum aliunde eat.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.
En tibi domus & potens,
Et beata uiri tui,
Fine quæ tibi ſine ſeruiat,
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.
Vſq; dum tremulum mouens,
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.



ctus omnia omnibus eripere uidetur, Virgilius Omnia fert ætas aium quoq;. ¶ TRANSfer omine cum bono, Impe‑rat iam ut domum mariti ingrediatur. ſed admonet ne limen tãgat, Erat enim moris in nuptiis. Ne noua nupta domũ ingrediens limen tã‑geret. Cuius rei cauſam Plutarchus in quæſtionibus re‑dit, uel q; romani q̃ primas mulieres ra‑puerunt, ſic eas do‑mibus intulerunt, non ipſæ ingreſſæ ſunt, uel quia ſignũ eſt ipſam ſua ſpõte domum nõ exiturã nec ſuos relictu‑ram fuiſſe, niſi co‑geretur, quẽadmo‑dum ui coacta in‑greſſa eſt, uel q̃a eo inuitæ ingredi ui‑deri nolũt ubi pudi‑citiam ſint amiſſu‑ræ, Seruius uero in. ii. ænei. aſſerit. hoc fieri ſolitũ, ne locũ numini cõſecratũ pe‑dibus calcarẽt. Conſtat. n. ueſtibulum ueſtæ conſecratum fuiſſe. Hinc Ouid. in faſtis, ide ueſtibulum dicitreor, inde p̃ cãdo dicimus o ueſta quæ loca prima te‑nes. ¶ Trãſfer, ordo fer pedes trans li‑men. Luc. trãſlataq; uetat contingere li‑mina plãta, et Plautus, ſenſim ſup atol‑le pedes noua nupta. ¶ Aureolos pedes i. pulchros, unde & aurea uenus dicta fuit. i. pulchra. Inde etiam aurea mala heſperidum dixerunt poetæ. i. pulchras oues, nam græce μῆλον & malum & ouem ſignificat, oues enim fuiſſe nõ po‑

*Limẽ nõ tangebat noua nupta*

*Veſtibulum ueſtæ ſacratum*

*Venus aurea*

*Aurea mala heſperidum μῆλον*

Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Raſilemq; ſubi forem.
Io hymen hymenæe io
Io hymen o hymenæe.
Aſpice unus ut accubans
Vir tuus tyrio in toro,
Totus immineat tibi.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.
Ille non minus, ac tibi
Pectore uritur intimo,
Flamma, ſed penitus magis.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.
Mitte brachiolum teres
Prætextate puellulæ,
Iam cubile adeat uiri.
Io hymen hymenæe io,
Io hymen o hymenæe.

ma aſſerit Varro lib. ii. rerũ ruſticarum, & Diod. lib. v. ad quod alluſiſſe uide‑tur Ouid. lib. iiii. Mille greges illi toti‑deq; armenta per herbas Errabant, & humum uicinia nulla præmebat. ¶ Ra‑ſileq; ſubi forem, igrediaris ianuã ra‑ſilem. i. raſam niti‑dã. ¶ Aſpice unus ut accubãs uir tu⁹, ſponſus cum noua nupta domum in‑traret in ædibus ſe‑debat in cathedra quem morem etiam apud perſas fuiſſe refert Arianus lib. vii. de geſtis Alexã‑dri ubi celebratas nuptias Alexandri & ſociorum fuiſſe narrat. Ait eni ma‑ritis ordine colloca‑tas fuiſſe de more cathedras, & hoc ẽ quod uidetur hoc loco tangere Catul‑lus qđ etiã idicauit Iuue. ſaty. v. gremio iacuit noua nupta mariti. de lecto, n. mi‑nime intelligendũ duco. cum inferius di‑catur iam licet uenias marite uxor i tha‑lamo tibi ẽ. ¶ Tyrio i toro. i. i toro pur‑pura ornato. ¶ Totus emineat tibi, ut te in amplexus excipiat. ¶ Ille. ſ. mallio ¶ Flãma amor. ¶ Vritur, amore accen‑ditur. ¶ Sed peni. magis, magis peni‑tus maiori iquit amoris æſtu cõburitur q̃ tu. ¶ Mitte brachiolum teres, poſtq̃ eſt ſponſa limen mariti tranſgreſſa id al‑loquitur puerum & dicit dimitte ip̃am ut uiri cubile adeat, & ſic legẽdum eſt nõ adeant. ¶ Prætextate o puer, Bulla

*Sponſus ſedens nouã nuptã opperiebat*

*Bulla & p̃texta pueris conceſſa*

nãq; & prætexta in uſum puerorum nobilium uſurpata fuit ob cauſam quam recitat Macrobius lib. primo ſaturnal. Inde prætextati pueri dicti ſunt, diximus autem ſuperius pueros ſponſam mariti domum comitari, quam pronubis tradentes dimittebant, ideo mitte pro dimitte exponendum eſt.

*Binæ in ædibus unius*
*Cognitæ bene fœminæ*
*Collocate puellulam.*
*Io hymen hymenææ io,*
*Io hymen o hymenææ.*
*Iam licet uenias marite,*
*Vxor in thalamo eſt tibi*
*Ore floridulo nitens,*
*Alba parthenice uelut*
*Luteum ue papauer.*
*Non diu remoratus es,*
*Iam uenis, bona te uenus*
*Iuuerit, quoniam palam*
*Quod cupis capis, & bonum*
*Non abſcondis amorem.*

¶ BINÆ in ædibus unius, Cognitæ bene uel breue fœminæ collocate puellulam, Incertus ſum utrum magis poetæ igenium mirer qui nõ minus ſcite ꝙ eleganter, ſed breuiter ſane antiquum nuptiarum morem expreſſerit, An exactiſſimũ patris iudicium & incõparabilem ſolertiam qui deprauatum poetæ codicem & uetuſtatis incuria inuerſam dictionem ita ſubſtituit, Vt ſi a tenebris reuocatus Catullus reuiniſceret, non aliter tamen locum iſtũ eſſet emendaturus. Vera igitur carminis huius hæc eſt lectio, & ita uera ut ſi quis contra ſentiat auſim affirmare ipſum nihil ſentire. Ordo igitur eſt. Binæ fœminæ cognitæ in ædibus unius bene collocate puellulam uel breue. i. cito, Binas autem pronubas alloquitur, Et quoniam boni ominis gratia nõ poterant pronubæ eſſe quæ duos maritos habuiſſent quod Feſt. Põp. docet. Ideo ait cognitæ in ædibus unius. ſ. mariti. ex hoc liquido patet nec unis ſedibus, nec unius ſenibus, nec imis ſedibus legendũ eſſe. Quẽadmodum nonnulli paternam emendationem non intelligẽtes male ſunt interpretati. ¶ Iam licet uenias, poſtꝗ̃ a pronubis in lectulo noua nupta collocata fuit. Iam maritum uocat ut ad ipſam accedat. ¶ Alba parthenicæ uelut. luteum ue papauer Talem dicit fuiſſe ſponſam qualis eſt color parthenices albæ coniunctæ cum papaueris flore ſub ruffo, Parthenia herba ẽ quæ a mercurio inuenta fuit ideoq; apud græcos ἑρμου ποαν multi uocãt. Cuius duo ſũt genera maſculus & fœmina folia maribus nigriora, fœminis candidiora uti Pli. refert lib. xxy. cap. y. quare autem parthenion dicta ſit, idem auctor cõmemorat lib. xxii. cap. xyii. Nã uernula carus pericli athenienſium principi. Cum is in arce tẽplum ædificaret repſiſſetq; ſuper altitudinem faſtigii, et inde cecidiſſet. hac herba dicitur ſanatus monſtrata pericli ſomnio a minerua. Quare parthenium dici cœpta eſt aſſignaturq; ei deæ. ¶ Luteũ ue papauer, papaueris tria eſſe genera docet Pli. lib. xix. ca. yii. Tertiũq; eſt genus qđ græci Rhian uocant, flore ruffo protinuſq; deciduo, de hoc intelligit hoc loco Catullus, nam luteum colorem ſubruffum eẽ declarauimus. ¶ Nõ diu remoratus es, oſtendit iam maritum ueniſſe, non remoratus es, nõ tardaſti, dictum eſt uerbũ a Remora piſciculo cuius ea eſt natura ut

Bapt. Guarini iudiciũ
Pronubæ q̃les
Parthenia
Vernula pericli ſanatus
Papaueris genera tria
Remorari Remora



ſi naui applicauerit eam ſic retardet ut nullo modo ſe moueri poſſit, de qua Pli. li. ix. cap. xxy. & lib. xxxi. ca. i. ¶ Bona te uenus iuuerit, optat illi Venerẽ felicem. ¶ Quod cupis capis, amplexatus enim fuerat palam nouam nuptam. ¶ Bonum amorem, coniugalem ſcilicet.

*At marita tuum tamen*
*Cœlites, nihilominus*
*Pulchra res, neque te uenus*
*Negligit, ſed abit dies*
*Perge; ne remorare.*
*Ille puluis erythræi,*
*Syderumq; micantium*
*Subducat numerum prius.*
*Qui ueſtri numerare uult*
*Multa millia ludi*
*Ludite, ut lubet, & breui*
*Liberos date, non decet*
*Tam uetus ſine liberis*
*Nomen eſſe, ſed indidem*
*Semper ingenerari.*

¶ AT marita tuũ tamẽ, Quãuis Mallius aperte amorem fateat, tamen Iuliã exhortatur, ut ſuũ celet & uerecunde agat. ¶ Celites, celes frequentatiuo uſus eſt. ¶ Nihilo minus pulchra res, ꝙ. ſ. celes amorem tuum & ſis pudibũda. debent enim mulieres eſſe uerecundiores uiris, ꝗ̃uis ille palam quod cupit capiat, nihilo minus eſt res pulchra & ueneri grata, amorem celare. ¶ Neq; te uenus negligit, nõ ꝓpter ea ꝙ celes amorem te uenus odio habet. ¶ Ille puluis erithræi, qcũq; uult ludos ueſtros numerare. Idem uidetur rubri maris harenas aut cœli ſtellas uelle ſupputatione colligere. ¶ Puluis erithræi, harenas maris rubri. Eſt enim erithræũ mare. Quod rubrũ appellamus, de quo Põponius mella & Strab. li. xyi. et Pli. lib. yi. cap. xxiii. Et notãdum eſt træ ſyllabam lõgam diphtongo in hac dictione erithræi per ſiſtolem abbreuiari ut dactilus fiat. Quod fecit etiam perſius in ultima ſatyra ubi inquit. Largior an prohibes dic clare nõ audeo inquis. Quem locum declaraui ſatis longa epiſtola ad Hieronymum Vigilium mãtuanum uirum eruditum mihiq; a teneris ut aiunt unguiculis muſarũ cõmercio deuinctũ ut pote qui ſub parentis mei uexillo i hoc ferrarienſi gymnaſio feliciſſime meruerit, in audeo enĩ apud Perſium, au corripitur ut dactylus fiat, licet etiam in eadẽ epiſtola plures circa Perſii carmen adduxerimus rationes. ¶ Subducat ueſtrum, ſubducere eſt cõputare et ut uulgo dicit̃ calculare. Plautus i capti. ſubducam ratiũculam quãtulum argenti mihi apud trapezitam ſit, & Cicero lentulo ſcribẽs. Rationibuſq; ſubductis ſummã feci cogitationum mearũ & Seruus ille, apud Comicum, Beatus uidear ſubduxi ratiũculam. ¶ Qđ ueſtri numerare uult multa millia ludi, ſic eſt legendum non autem ludere, nã pes repugnat qui in quinto quoq; uerſu eſt ſpõdeus. ¶ Ludite ut lubet. Exhortat̃ ipſos ad filiorum procreationem. ¶ Ludite, circa res ueneras. ſ. ¶ Et breui, intra breue tempus. ¶ Liberos date, filios generate. Liberi enim filios ſignificant & mares & fœminas & de uno tantũ & una dicũtur ut, A. Gel. lib. ii. c. xi i. eſto nõnulli pertinaciter contra ſentiant ¶ Nõ decet tam uetus. ſ. l. nomen. Nomen pro gẽte & familia poſuiſſe uidet̃, ſicut Virg. noſtrũq; in nomẽ ituras. T. L. primo ab ur. cõ. per ſe ipſum nomen

Erithræũ mare
Diph. breuiatur
Hieronym⁹ Vigilius.
Subducer̃
Liberi
Nomẽ

Cęninum impetum facit. ¶ Tam uetus nomen, tam antiquam familiã & nobilẽ. ¶ Eſſe ſine liberis .i. ſine filiis qui poſſint ipſum genus propagare. ¶ Sed indidem, aduerbium .i. Ex eodem loco .i. ex eadem familia Plautus indidem unde oritur facito, ut facias ſtultitiam ſepelibilem.

Indi/ dem

Torquatus uolo paruulus,
Matris e gremio ſuæ,
Porrigens teneras manus,
Dulce rideat ad patrem,
Sed hiante labello.
Sit ſuo ſimilis patri
Mallio, & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus,
Et pudicitiam ſuæ
Matris indicet ore.
Talis illius a bona
Matre laus genus approbet.
Qualis unico ab optima
Matre Telemacho manet
Fama penelopeo.
Claudite hoſtia uirgines,
Luſimus ſatis, at boni
Coniuges bene uiuite, &
Munere aſſiduo ualentem
Exercete iuuentam.

Torq̃ torũ fami/ lia.

¶ TORquatus uolo paruulus, Mallius iſte ex torquatorum nobiliſſima fuit familia q̃ originem traxit a mallio illo qui ſingulari certamine Gallũ interemit, et torquẽ detraxit, unde ſibi & poſteris nomen inuenit. Cuius rei meminit. A. Gel. li. ix. cap. xiii. & Pli. li. xxxiii. ca. i. Optat igitur ut naſcatur paruulus īfans qui & ipſe torquatus appelletur patris et maiorũ cognomine. Qui dum in gremio matris teneatur, parẽti arrideat & parentibus ablãdiens marem optat & nõ fœminã. ¶ Paruulus torquatus, hic uidetur eſſe illud uirgilianũ. Si quis mihi puulus aula luderet Æneas. ¶ Matris in gremio ſuæ, Dum mater Iulia ipſum in gremio teneat, uel matris .i. nutricis. Mater enim quãdoq; nutricem ſignificat. Plautus in menechmis, ut neq; mater quæ peperat, neq; mater quæ mamã dabat. Eos dignoſcere poſſet. ¶ Sed hiãte labello, labello parũ aperto ut ſolent infantes, ut plurimum habere ac ſi uelit aliquid eloqui, Alii ſed micãte .i. ſplendẽte labello legũt. ¶ Sit ſuo ſimilis patri. Optat inſuper ut infans ſimilitudinem

Mater ꝑ nutrice

habeat cum parẽte maximam, quia tũc uidentur liberi cariores tãq̃ pudicitiã maternam indicãtes. ¶ Ab inſciis, ideſt ab his qui neſcient ipſum eſſe filiũ mallii ex ſimilitudine tamẽ cognoſcant. ¶ Pudicitia ſuæ matris, quia ſi erit ſimilis patri. Erit indicium pudicitiæ maternæ. ¶ Talis illius, ordo eſt, talis laus approbet genus illius a bona matre, q̃lis unica fama manet telemacho penelopeo ab optima matre, et eſt ſenſus, quẽadmodum Telemacho ingẽs fuit gloria ob pudicitiam matris quæ per uiginti annos abſente marito caſtitatem ſeruauit, ita ẽt torquatus ſit pudicitia m̃r̃na cõmẽdabilis. ¶ Talis laus, ꝗ ſit ſimilis p̃ri et ex hoc pudicitia m̃r̃is cõprobet. ¶ Qualis unica ſama, quia ſola Penelope digna uidetur caſtitatis cõmendatione .i. ¶ Telemacho penelopeo .i. penelopes ex ulyſſe filio. ¶ Claudite hoſtia uirgines .i. ſine admonet ut hoſtiũ claudãt & ipſos hortatur dum in ætate ſunt iuuenili & idonea ad ꝓcreationem, uenerẽ exerceant. ¶ Claudite hoſtia, cubiculi .ſ. uirgines quæ ſequutæ eſtis ſponſam, uel o muſæ

¶ Satis

Tel mac ulyſſ ex p nelop filiu



¶ Satis luſimus, carmina ſcripſimus. ¶ Bene uiuite .i. concorditer. ¶ Munere aſſiduo, ideſt crebro coitu, munus nãq; matrimonii eſt filiorum procreatio. Et notandum ꝙ ultima ſyllaba huius carminis in dictione ualentem cum uocali ſubſequentis abiicitur, alia uero ratione finalitatis breuiatur. ¶ Exercete iuuentam, ætatem Iuuenilem quæ & iuuentus dicitur, unde Saluſtius. Ibiq; iuuentutem ſuam exercuit, iuuenum eſt potius q̃ ſenum libidinem exercere, ideo unum eſt de tribus quæ deo diſplicere dicuntur, ut in prouerbiis Solomonis habetur. Senex libidinoſus, diues auarus. Pauper ſuperbus, & ſic eſt lyricorum finis.

Iuuenta

Iuuentus

Tria q̃ deo diſplicẽt

FINIS EXPOSITIONIS LYRICORVM CARMINVM.

HEXA. CARM. NVP. Expoſitio.

## HEXAMETRVM CARMEN NVPTIALE.

In. u

Eſper adeſt iuuenes, conſurgite, ueſper olympo
Expectata diu uix tãdẽ lumina tollit,

Eſp u adeſt iuuenes. Principium eſt alterius partis Catulliani opuſculi, in prima namque Lyricis ſcribẽdis, in ſecunda heroico uerſu concinendo, in tertia elegis decantandis feliciter admodum uerſatus eſt poeta, Carmen uero ipſum nuptiale inſcriptum, ſiue in Iuliæ & Mallii, ſiue alterius nuptiis celebratum fuerit non magni id referre exiſtimo, illud potius notandum duxerim, Genus eſſe carminis quod Amœbeum uocant, in quo iuuenes & puellæ de coniugii cõmodis contendentes introducuntur, & demum puellæ iuuenibus cedere coguntur, primi autem iuuenes ad concinendum cõtra puellas ſe uiciſſim exhortantur, Rurſuſque puellæ idem facientes demum canere incipiunt. Quod autem ad carminis qualitatem ſpectat. Sciendum eſt carmen ipſum hexametrum quod ſex conſtet pedibus dici. Quod quale ſit, quibus ne pedibus conſtet & quæ eius origo fuerit, ita notum eſt Diomedis & Terentiani & omnium deniq; grãmaticorum libellis, ut expoſitione noſtra minime egeat, quare inſtitutum exequar. ¶ Veſper adeſt, uerba ſũt iuuenum ſe inuicem exhortantium ut de conuiuio nuptiali ſurgant, cum iam ſit noctis principium & ſponſa adueniat. ¶ Veſper, Veneris ſtella quæ a græcis phoſphoros dicitur, latine heſperus, ſeu lucifer, ueſper & ueſperugo a Plauto nuncupatur, & ante Solis ortum, & poſt eius occaſum nobis apparet, Ideo ꝑ eius apparitionem noctis principium in dicat poeta. ¶ Conſurgite, e menſa uide licet. ¶ Vix tandem tollit, hoc dictum eſt ob expectantium deſiderium. Nam nocturno tempore ſponſo cum noua nupta cubituro, tarde nimis nox ipſa accedere uidebatur. ¶ Expectata, a nobis nuptis & id quoq; morem nuptiarum reſpicit antiquũ, nam ut plutarchus inquit, Maritus primo ſponſæ, non in luce ſed in tenebris iungebatur, quoniam uidelicet eum puderet, Nam antequã coiret alienam putabat, uel quia ſicut Solõ ſcripſit ſponſam malo Cydonio deguſtato thalamum ingredi ſolitam, ut poſt cõplexus nihil triſte aut iniocundum haberet, Sic Romanus legiſlator ſi ꝙd ab

Veſp Veſpe rugo

lucifer Phoſ phoros

Amœbeum carmẽ

Maritus ſpõſæ in tenebris iũgebatur

Cydonium malũ ſponſa deguſtabat

ſurdum aut deforme corpori aderat occultauit, uel quia accuſatio quædam illicite Veneris erat, cum legitimis ac iuſtis cõnubiis pudor quidam & uerecundia adhi/bebatur? ¶ Lumina, uel ſua. i. lumẽ ſuum, uel ſtellas, uidetur autem heſperus aduẽ/tu ſuo ſtellas extollere, quia præſentia ſolis prius nobis occultabantur, Nam ma/ius lumen minus offuſcat, quo recedẽte oritur heſperus, et ſic ſtellæ icipiũt appere.

Surgere iam tẽpus, iam pigueis liquere mẽſas.
Iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenæus.
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.
Pu. Cernitis inuptæ iuuenes? conſurgite contra,
Nimirum æthereos oſtẽdit noctifer ignes,
Sic certe, uiden ut perniciter exiluere?
Iu. Nõ temere exiluere, canẽt quos uicere par eſt.
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.

¶ PIN/gueis mẽſas, lautis epulis inſtructas. ¶ Iam ue/niet uirgo cũ ſint te/nebræ. ¶ Dicet, hymenæus cantabitur epithalamium, & in hac dictione tur ſyllaba licet bre/uis tamẽ producitur, ſic Virg. in quarto geor. Nam duo ſunt genera hic melior inſignis & ore. & in. iiii. ænei. Cõſiliũ ipſe pater & magna incœpta latinus, et in bucolicis, Omnia uincit amor, & nos cedamus amori. hoc autem maxime fieri poteſt ut Seruius inquit quando dictio in conſonantem terminatur. hinc eſt qđ ubi Virg. lib. iii. æne. ĩquit, Dona de hic auro grauia ſectoq; elephanto, Seruius ait grauia a finalitatis ratione produci/tur, Sed ſatis aſpere nam in nullam deſi/nit conſonantem, licet etiã hoc loco aſpi/ratio ſubſequens quæ loco conſonantis quandoq; habetur præcedentem ſyllabã producere poſſit. ¶ Hymen, uerſus hic eſt intercalaris per quem hymenæus tã a iuuenibus q̃ a puellis inuocatur. ¶ Cernitis inuptã, uerba ſũt puellarũ, q̃ ſe quoq; uiciſſim cõſurgẽtibus iuueni/bus ad cantandum exhortãtur. ¶ Cer/nitis iuuenes. ſ. conſurrexiſſe uenturi cõ/tra nos & ideo conſurgite ſimul omnes ſurgite. ¶ Contra, ut. ſ. contra ipſos iu/uenes cantetis. ¶ Nimirũ æthereos oſtẽ/dit noctiſer ignes, idẽ dicũt puellæ qđ etiam illi dixerant, Sed aliis uerbis. q. d. uerũ eſt qđ dicunt ipſi noctem aduenisse & id magis aſ/firmantes ſubiungunt ſic certe. ¶ Nimi/rum, certe. ¶ Noctiſer, heſperus qui eo q; noctem ferre uideatur a Catullo no/ctiſer appellatur. ¶ Ignes æthereos. i. ſidera, qui uero imbres legunt iuuenum impetum interpretãtes mea quidem ſen/tentia elegantiam poetæ nõ conſiderãt. ¶ Sic certe, ſupple iuuenes ſurrexerunt et tenebræ adſunt. ¶ Viden? uides ne? ¶ Vt perniciter, cum celeritate. ¶ Exi/luere, e ſedibus ſuis, quaſi dicat non ſine cauſa exilierũt ſed machinaturi aliquid contra nos. ¶ Canent quos uincere par eſt, cum uerſus iſte uarie a uariis legere/tur, pater meus paucis litteris mutatis ſic legendum admonuit, & erit ordo et ſenſus, Iuuenes ipſi quos par eſt uincere canent, & hoc dicunt ut tanto magis ſe exhortẽtur cum uideant iuuenes uicto/riam curantes. Alii uero legunt canent, quos uiſere par eſt, hoc ſenſu canent a no/bis ipſi iuuenes. Sed æquum eſt ut cõtra uiſamus. Sunt etiam qui legunt canent, quo uiſere par eſt, & ſic erit ſenſus, ca/uent ne cõſilium ſuum ſibi male uertat. quo, ideſt propter quod par eſt. i. conue/niens eſt. ¶ Viſere, ut eamus ad uidendum quid parent contra nos & ita diligen/tiam ſuam oſtendunt. melior tamen mea quidem ſentẽtia, prior ſenſus.

Sylla/ba bre/uis p/duci ẽ



Iu. Non facilis nobis æquales palma parata eſt,
Aſpicite, innuptæ ſecum ut meditata requirant.
Nõ fruſtra meditãtur, hñt mem rabile qđ ſit.
Nos alio mentes, alio diuiſimus aures,
Iure igitur uincemur. amat uictoria curam.
Quare nunc animos ſaltẽ committite ueſtros,
Dicere iam incipient, iam reſpõdere decebit.
Hymen o hymenæe hymẽ ades o hymenæe.
Pu. Heſpere, qui cœlo fertur crudelior ignis?
Qui natã poſſis cõplexu auellere matris,
Cõplexu matris retinentem auellere natam:
Et iuueni ardenti caſtam donare puellam,

¶ NON facilis no/bis, iuue/nes exhor/tationem ſuam cõti/nuãtes lo/quuntur, ſenſus aũt eſt, nõ fa/cile puel/las uince/mus o æq̃/les. ¶ Pal/ma, uicto/ria ſic ab arbore palma denotata cuius lignum contra onus nititur, ut Strabo lib. xv. & Theophraſtus lib. v. & A. Gel. lib. iii. cap. vi. teſtantur. ¶ Aſpici/te innuptæ, ratio eſt quare non facile ui/cent, quia uirgines iam ſunt præmedita/tæ & ipſi indiligentes ueluti ex tempo/re canent. ¶ Aſpicite innuptæ ſecũ ut meditata requirunt, ut inter ſe quærant quæ iam ſingulæ excogitarunt, poteſt etiam legi meditamina quærunt. ¶ Ha/bent memorabile quod ſit, iam inuene/runt aliquid quod memoratu ſit dignũ. ¶ Nos alio mẽtes, alio diuiſimus aures, dicunt iuuenes, illæ meditantur quæ cõ/tra nos dicant, nos autem amore capti ſu/mus negligentiores, & aures quaſi diri/gimus in unam partem, mentem uero in aliam, quod fit ab his qui negligunt au/dire. Vnde carmen iſtud iam quaſi pro/uerbii locum obtinuit contra negligen/tes. ¶ Iure igitur uincemur, quia non adhibemus mentem. ¶ Amat uictoria curam, Neceſſe eſt qui uincere uelit cu/ram adhibeat. Nam ut inquit Terẽ. ubi intenderis ingenium ualet. ¶ Ani/mos committite, in unum cõ/põite qua/ſi qui ha/ctenus ua/gati fue/runt nunc ſaltem, ſci/licet dum canimus contra puellas & in tanto periculo ſuccumbendi ipſis. ¶ Dicere iam inci/pient, ſcilicet ipſæ puellæ, quaſi dicat ut ſunt loquaciores primæ nos aggredien/tur uerbis ſuis. ¶ Iam reſpondere dece/bit, conueniens erit nos illis reſpondere, quaſi dicat nunc animis opus eſt. ¶ He/ſpere qui cœlo, puellarum cãtus hic eſt, quæ incipiunt coniugii damna enumera/re, appellantq; heſperum crudelem eo quod eius aduentu a parentibus puel/læ abducantur. ¶ Qui cœlo fertur cru/delior ignis? quaſi dicat nulla eſt ſtella in cœlo magis crudelis quam tu. ¶ Ignis, ſtella ſidus. ¶ Fertur, nam quodlibet ſidus a ſphæra ſua fertur ut Aſtronomi docent, & ſuæ ſphæræ motu mouetur, alii non fertur ſed lucet habẽt quod non improbo. ¶ Qui natam poſ/ſis, poſſis legitur & poſcis a poſco & hoc ritum reſpicit antiquiorẽ de quo ſu/perius diximus, quia ſponſa ex gremio matris rapiebatur. ¶ Retinẽtem, pro ui/ribus morantem. ¶ Iuueni ardẽti, amã/ti, Amor enim igni comparatur a poetis

Palma

Virg. & Igne carpitur indomito.

¶ QVID faciunt hoſtes. q. d. nihil in urbium captiuitate uirgines maxime rapiuntur & hoc crudele habetur, cũ igitur hoc etiam per heſperum fiat. ſequitur ipſum crudelem eſſe. ¶ Heſpere qui cœlo lucet reſpondẽt iuuenes. et obiecta tacite reiicientes cõiugii commoda recẽſent, Ex lege aũt carminis Amœbeii hoc ſeruatur ut ꝗ in ſecũdo loco dicit, aut aliqd maius, aut cõtrarium dicat, ideo ſic puellæ crudelem heſperi ſtellam, iuuenes per cõtrarium iocũdam appellãt. qui cœlo lucet. q. d. nullus.

Quid faciunt hoſtes capta crudelius urbe?
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.
In. Heſpere, qui cœlo lucet iucundior ignis?
Qui deſponſa tua firmes connubia flamma.
Quod pepigere uiri, pepigerunt ante parentes:
Nec iũxere prius, quam ſe tuus extulit ardor.
Quid datur a diuis fœlici optatius hora?
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.
Pu. Heſpere quis nobis æqualẽ hãc abſtulit unam?
Nanq; tuo aduentu uigilat cuſtodia ſemper,
Nocte latent fures, quos idem ſæpe reuertens
Veſpere mutato comprendis nomine eoſdem.

Lex in amœbeo carmine

¶ Qui deſpõſa firmes, nã confirmatur tũc matrimoniũ cũ ſponſa ſponſo iungitur, qđ exortu heſperi fiebat. ¶ Tua flãma, tuo ſplendore, ¶ Quod pepigere uiri, mariti. ¶ Pepigerunt ante parẽtes, nam parẽtes coniugia liberorũ deſpondebant. Vnde ſpõſus & ſponſa dicitur. ¶ Tuus ardor, tuæ ſtellæ ſplendor. ¶ Quid datur a diuis felici optatius hora, qua. ſ. nouus nuptus ſponſæ iũgitur, & hoc dictum eſt a iuuenibus a quibus uenus maxime deſideratur. Nam ſecundum uarias animi perturbationes uarii ſunt felicitatis fines, inops nihil putat melius pecunia, infirmus nil ſanitate p̃ſtantius, hinc Virg. lib. primo, de ænea deſiderante urbem condere. O fortunati

Felicitatis fines uarii

quorum iam mœnia ſurgunt. ¶ Heſpere quis nobis æqualem hanc abſtulit unam? Alii aliter hoc carmen legẽdũ putarunt, pater uero ſic correxit, & ſic uerus poetæ ſenſus cõtinuari uidetur, Interrogant enim puellæ heſperũ quis nã abſtulerit æqualem ſuã illã uidelicet cuius epithalamiũ canimus, poteſt tamen etiam legi heſperus a nobis æquales abſtulit unam, nam iuuenes ſocios ſuos ſuperius uocauerant æquales, ſic etiã puellæ eodem utuntur uocabulo, ut ſit æquales heſperus a nobis abſtulit unã. ¶ Abſtulit, a gremio materno. ſecũdum ritũ de quo ſupra. ¶ Nãq; tuo aduẽtu, dicunt puellæ facile eſt tibi hoc ſcire, qa cuſtodia exortu tuo ſemper incipit, & nocte uagantur adulteri & amatores ꝗ in tenebris ſe optime poſſe latere ſperãt. ¶ Tuo aduẽtu, exortu tuo. ¶ Nocte latent fures, Ideo cuſtodia exortu tuo incipit, qa tunc fures uagantur ſpe latendi. Videtur hoc loco fures pro amatoribus ponere, ſic ſupra, aut quæ ſidera multa cũ tacet nox furtiuos hoium uidet amores, ſic ẽt Iuuena. me nemo miniſtro fur erit, unde etiã furta adulteria dicimus. Ouidius, qs deprẽdere poſſet furta Iouis, & Claudianus, gaudet amãs furto. ¶ Heſpere mu. heſpere uocatiuus eſt et eſt ordo, nãq; tuo aduẽtu o heſpe cõprẽ

Fur furti



dis eoſdẽ mutato noie. ¶ Cõprẽdes eoſdem. ſ. fures, qa amatores uſq; in aduẽtum luciferi morãtur apđ amicã. ¶ Mutato noie, nã eadẽ ſtella quæ poſt occaſũ ſolis heſperus dicitur, ante ortũ eiuſdem lucifer appellatur.

In. At libet innuptis ficto te carpere queſtu.
Quid tum ſi carpunt tacita quẽ mente requirũt?
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.
Pu. Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contuſus aratro,
Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optauere puellæ,
Idem cum tenui carptus defloruit ungui,
Nulli illum pueri, nullæ optauere puellæ,
Sic uirgo dum intacta manet, dum cara ſuis eſt
Cum caſtum amiſit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec cara puellis.
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.
Vt uidua in nudo uitis quæ naſcitur aruo,
Nunq̃ ſe extollit, nunq̃ mitem educat uuam,
Sed tenerum prono deflectens põdere corpus,

¶ AT libet innuptis puellis. Indubio hic multa carmia deſũt qa ex lege amœbei carminis tot debent reſpõdẽtes uerſus dicere, quot in prio loco canẽtes & cũ hoc ſint uerba iuuenũ manifeſte apparet qđ deeſt finis eorũ q̃ per puellas dicuntur, Sed deperdita optare & cõmiſerari poſſumus. q̃ adſunt iterp̃tabimur. ¶ At libet, cõtẽnenda eſt inqunt iuuenes q̃rela quã puellæ cõtra te nõ ex aio loquũtur, ſed potius fingũt. ¶ Quid tũ ſi carpũt tacita quẽ mẽte requirunt, carpũt eũ quẽ tamẽ optãt. Alii legũt qd tum ſi carpũt tacita qs mẽte requirũt? Sed idẽ quaſi eſt ſenſus, ſed aſpere & extorte nimis prolatus, iõ primã lectionẽ magis p̃bo. ¶ Vt flos in ſeptis, per cõparationẽ puellæ uirginitatis amiſſæ turpitudinẽ oſtẽdũt, dicẽtes puellas eſſe ueluti florẽ ꝗ dũ in ortis clauſis nulla læſus iniuria uiget, ab oibus optatur, cũ uero ungue decerptꝰ lãgueſcit, ab oibus negligitur. ¶ Ortis ſeptis, munitis inde ſepes dicuntur. ¶ Ignotus pecori, qa aialia quæ ſolẽt flores lacerare paſcẽdo illuc nõ poſſunt accedere. ¶ Nullo contuſus aratro, Nã ruſtici arantes ſolent plerũq; flores inuertere. ¶ Quẽ mulcẽt auræ, quẽ uẽti fouẽt, et notãda eſt poetæ doctrina qui tribus diuerſis uerbis, qd uẽti, qd ſol, quid pluuiæ, floribus p̃ſint, breuiter explicauit ¶ Idẽ. ſ. flos. ¶ Defloruit, deflorere eſt florẽ amittere & lãguidũ fieri. ¶ Sic uirgo dũ intacta manet dũ cara ſuis eſt. Quint. lib. ix. ca. de figuris ſentẽtiaꝝ allegat hoc carmẽ & exponit primũ dũ pro quoad, ſecũdũ uero pro uſq;. ¶ Polluto corpore, uiolato per coitũ. ¶ Vt uidua i nudo, apta cõparatione iuuenes quoq; obiecta per puellas refellũt, oſtẽdũt aũt puellã dũ nupta manet eſſe uiti ſimilẽ quæ nulli arbori ĩhærens humi ſtrata negligitur, Eadem uero ulmo cõiuncta ab agricolis et iuuẽcis colit. ¶ Vidua uitis, quẽadmodũ dicitur uitis maritari quæ arbori iũgitur, ita e cõuerſo dicitur uidua illa quæ nulli arbori iũcta eſt, Col. li. iii. uites maxĩe gaudẽt arboribus qa naturaliter in ſublime p̃cedũt, tũ & materias ampliores creãt & fructũ æqualiter percoquunt. Itẽ li. xyi. uitẽ maxĩe populus alit, Dein

Sepes

Dum

Vitis uidua uites maritari

de ulmus, deide fraxinus, Ouid. in. ii. El. Vlmus amat uites, uitẽ nõ deſerit ulmus.

Mitis ¶ Vuam, mitẽ maturã, Virg. Sunt nobis mitia poma, uitis aũt quæ nõ colitur fert q̃dẽ uuã ſed nõ matureſcit. ¶ Sed tenerũ pno, ſed cum per ſe ipſa ſuſtineri non poſſit. humi iacet. ¶ Tenerũ corpus, qđ non habet robur quo ſtare poſſit.

Iãiam contingit ſummum radice flagellum,
Hanc nulli agricolæ nulli accoluere iuuenci,
At ſi forte eadem eſt ulmo coniuncta marito,
Multi illam agricolæ, multi accoluere iuuẽci,
Sic uirgo, dũ intacta manet, dũ ĩculta ſeneſcit,
Cum par cõnubium maturo tẽpore adepta eſt,
Cara uiro magis, & minus eſt inuiſa parenti.
At tu ne pugna cum tali coniuge uirgo,
Nõ æquum eſt pugnare, pater cui tradidit ipſe,
Ipſe pater cum matre: quibus parere neceſſe eſt
Virginitas nõ tota tua eſt, ex parte parẽtũ eſt,
Tertia pars matri data: pars data tertia patri,
Tertia ſola tua eſt, noli pugnare duobus,
Qui genero ſua iura ſimul cũ dote dederunt.
Hymen o hymenæe hymen ades o hymenæe.

Flagellum ¶ IAM id cõtigit ſumũ radice flagellũ, flagellũ appellamus ſummitatẽ ramorũ et nõ tãtum uitiũ, ſed etiã uniuſcuiuſq; arboris, dicit ergo qđ uitis quæ nõ eſt ulmo iuncta flagella radice contigit. i. ramorum ſũmitates ad radices perueniunt, eſt ergo hyppalage. ¶ Vlmo marito, Nam ulmus uidetur maritus uitis, Cui uitis ipſa eſt cõiuncta, Oratius, ergo aut adulta uitiũ ppagine altas maritat populos. ¶ Minus eſt inuiſa parẽti, dũ. n. filiæ pater timet ne uirũ agnoſcat anteq̃; nubat. Eam quodãmodo inuiſam hẽt. Poſtq̃; uero nupſerit, Si adulterium cõmiſerit. id magis ad mariti q̃; ad patris ſpectat ignominiã. ¶ At tu ne pugna, Cõcludunt igitur iuuenes & ſer

monẽ ſuũ ad nouam nuptã apoſtrophant illã exhortantes ut uiro iũgat, ſic parẽtibus iubentibus, quorũ ius uirginitatis ipſius ẽ i parte qđ ipſi marito ceſſerũt

¶ Cũ tali cõiuge. q. d. cũ cõiuge, et pulchro & uirtutibus pdito. ¶ Nõ æquũ eſt pugnare, cũ eo uidelicet. ¶ Quibus ſ. parẽtibus. ¶ Neceſſe eſt parere, ex lege. n. pater hẽt ptãtem i filios. ¶ Virginitas nõ tota tua eſt, et quo mõ nõ ſit tota ſua declarat q̃a tertiam illius hẽt pater et tertiã mr̃ ptẽ. ¶ Pugnare duob9, patri uidelicet & matri. ¶ Genero ſua iura ſimul, ſua iura, q̃. ſ. ipſi hẽbãt i uirginitate tua & hoc mõ gener ipſe duas hẽt partes uirginitatis, tibi uero unica tãtũ ps remãſit q̃ debet marito ẽt cedere.

Epithal. Thetidis. & Pelii Expoſ.

## EPITHALAMIVM PELEI ET THETIDOS.

P Eliaco quondam prognatæ uertice pinus

Thetides duæ ¶ P Eliaco quõdã p. uer. pi. duas fuiſſe Thetides nõ ignoramus, quarũ una tethys. ſ. prima pducta et cũ aſpiratiõe in ſecũdo loco & p y. cœli & terræ filia fuit, Oceani uero & ſoror et coniũx, ex qua & ipſo oceano nata eſt doris q̃ Nereo nupſit, ex q̃bus porro nata eſt thetis Doris



alia quæ prima breui & aſpirata et per i ſcribitur, Quæ Peleo nupſit, Eſto alii dicãt hãc ſecũdã thetidẽ Chironis cẽtauri filiã fuiſſe, ut Dyctis cretẽſis li. yi. de bello troiano cõmemorat, Qui Aſcãdrũ quẽdã introducit originẽ nuptiarũ Pelei cũ thetide Chironis filia, Chriſippo atq; arato Neoptolemi nũtiis his uerbis narrantem. Ea tẽpeſtate multi undiq; reges acciti domũ Chironis inter ipſas epulas nouam nuptã nouis ac magnis laudibus ueluti deã celebrauerãt, parẽtẽ eius Nerea appellantes, ipſamq; Nereida & ut q̃ſq; eorũ regũ q̃ conuiuio iterfuerãt, choro moduliſque carminũ pualuerãt, ita Apollinẽ liberũq; & ex fœminis, plurimas muſas cognoiauerũt, unde ad id tp̃s cõuiuiũ illud deorũ appellatũ eſt. hæc dictis. Ex q̃bus uerbis illud dicere nõ dubitaueri fortaſſis hic natũ eẽ, ut alii thetidẽ iſtã nõ Chironis ſed Nerei filiã fuiſſet dixerit, q̃a Nereũ chironẽ in cõuiuio reges appellauerũt, Statius ĩ i. Syluarũ in epithal. Teſſala nec talẽ uiderũt pelea tẽpe, cũ theti hæmoniis Chironẽ accedere terris Errecto pſpexit equo, cõſtat igiť hãc ſecũdã thetidẽ ſiue chironis ſiue nerei filia fuerit, Peleo nupſiſſe, unde poeta nr̃ pñti poemate nuptias ipſas celebrauit, & thetidẽ nerei filiã dixit, hoc aũt ordine poema ipm̃ cõtexuit, prio nuptiarũ originẽ declarat, & frequẽtiã eorũ q̃ ad nuptias cõuenerũt deſcribit. Deinde apparatũ exponit ipſarũ, poſtremo parcas itroducit nuptiale carmẽ canẽtes & Achillis q̃ ex peleo & thetide naſciturus erat fata pdicẽtes, q̃ſtũ ergo ad originẽ nuptiarũ attinet. fingit poeta nr̃ qđ cũ argonautæ fabricata naui Argo i colchos ad rapiẽdũ uellus aureũ iter hẽrẽt, una cũ ipſis aderat & peleus, ſed cũ forte nymphæ marinæ emerſiſſent. Vt nauẽ illã argonautarũ maximã cõſpicarẽtur. Peleus tũc iter illas thetidẽ uidit, cuius amore incẽſus in uxorẽ expetiuit, eãq; hẽre meruit, Illud tamẽ notãdũ q̃ſtũ ad rei ueritatẽ attinet, pelei cũ thetide nuptias ãte argonautarũ pfectionẽ in colchos celebratas fuiſſe. Sed Catullus licẽtia q̃dã poetica laſciuiẽs aliter cõmẽtus ẽ, Illud quoq; aiaduertẽdũ ẽ male a q̃buſdã hoc poema iſcribi Argonautica, Cũ is debeat titulus eẽ Epithalamiõ PELEI ET THETIDIS. Cũ i eo nõ de argonautis, ſed de illorũ nuptiis materia hẽatur. ¶ Peliaco quõdã, Athamas rex thebarũ, ex uxore Nephele phrixũ et hellẽ filios ſuſcepiſſe dr̃, Sed matre defuncta uxorẽ Ino filiis ſupiduxit, q̃ odio hñs priuignos, ſemia ne naſcerẽtur coq̃ mãdabat, ſed cũ h9 rei cãm athamas ex oraculo q̃reret, illa ſacerdotes pcorrupit ut rñderẽt, opus eẽ ex nephele genitos deis mactari, qđ athamas cũ exeq̃ uellet, nephele q̃ iã dea facta erat filios ſuos eripuit, & a Mercurio arietẽ uelleris aurei ipetrauit, quo eos in põtũ trãſueheret, helle in trãſfretãdo piit, a qua helleſpõtus ẽ dictus, phrixus cum i colchos pueniſſet, arietẽ Ioui mactauit, & eius pellẽ aureã in luco Martis in q̃rcu ſuſpẽdit, hãc iaſon collecta argiuoꝝ manu fabricata naui argo auxilio Medeæ clã ſurripuiſſe dicit, quẽadmodũ fabulã diffuſius apud græcos orpheus et apollonius, apud nos uero Ouid. in. yii. mutati. & Valerius Flac. pertractarunt, quã ẽt cõmemorat Diodorus Sicu. li. y. c. iii. ¶ Pinus. i. nauis ex pineis arboribus confecta, eſt. n. pinus arbor cuius lignum nauigiis maxie aptum ẽ. Virg. Dant utile lignũ nauigiis pinus, licet tñ nauis argo nõ ex pinu, ſed ex arbore eaue, q̃ nec aqua nec igni põt corrũpi fuerit fabricata, ut Pli. iq̃t li. xiii. c. xxii. Poetæ uero græci dicunt ex q̃rcu dodonide i qua oraculum Iouis fuerat. Vñ & uſum ſermonis habuit, Vnde Val. Flaccus iprĩcipio fatidicã ratẽ appellauit, De hac naui legitur & illud

Chirõ cẽtaurus

Cõuiuium deorũ

Thetis quare nerei filia dicta.

Athamas

Fabula uelleris aurei

Helleſpõtus unde

Argo nauis ex q̃ materia

Argo fatidica cur

Ennii, Vtinā ne in nemore Pelio ſecuribus cæſa cecidiſſet abiegna ad terrā trabes ne ue ide. Nauis inchoādæ exordium cœpiſſet quæ nunc noīatur argo. S c. n. dicta eſt nauis uel q̃a argus fabricator fuit docēte Minerua, uel a celeritate nā ἀργὸς celer dicitur, uel q̃a argiui in ea uiri uecti ſunt ut Cic. docet in prio Tuſc. De hac loq̃tur poeta, quā pinum ab arbore appellat. ¶ Peliaco uertice ꝓgnatæ, Pelion mons eſt teſſaliæ, de quo Pli. li. iiii. ca. viii. Dicæarcus uir eruditus cura regum montes permēſus altiſſimum hunc ꝓdidit ut idem auctor teſtatur lib. ii. c. lxvii. ab hoc fit Peliacus deriuatum, in uertice igitur Peliaco .i. in ſumitate mōtis pelii, nā Diodo. lib. v. ſcribit, Iaſonem nauim iuxta pelion ædificaſſe. ¶ Quōdam, olim, & nunc p̄teritum reſpicit tēpus, cum quondam ſicut & olim tria ſignificet tempora ut Seruius libro tertio æneid. docet.

Argo unde dicta. Pelion mons. Dicæarcus. Quondam qd' ſi.

Dicuntur liquidas neptuni naſſe per undas
Phaſidos ad fluctus, & fineis æetæos,
Cum lecti iuuenes argiuæ robora pubis
Auratam optantes Colchis auertere pellem
Auſi ſunt uada ſalſa cita decurrere puppi,
Cærula uerrentes abiegnis æquora palmis:
Diua quibus retinens in ſummis urbibus arces,
Ipſa leui fecit uolitantem flamine currum,
Pinea coniungens inflexæ texta carinæ,
Illa rudē curſu prima imbuit amphitritem,

¶ PER undas liquidas neptuni, ꝑiphraſticos, per maria dixit. ¶ Phaſidos ad fluctus, phaſis colchorum ē fluuius q̃ qualibet magnis nauigiis nauigatur, ut Pli. li. vi. c. iiii. teſtatur, per hunc ex mari ad colchorū regionē peruenit Iaſon. ¶ Ad fines æeteos, ad terminos colchicæ regionis i qua æetes regnauit ἀιήτης, græce dicitur, unde ſpōdeum i q̃nto pede facimus. ¶ Cum lecti iuuenes, ſic legēdum ē nō autē læti, q̃a ſicut habemus apud Cic. li. i. tuſ. Argō dicta ē q̃a argiui i ea delecti uiri uecti petebāt pellē inauratā arietis, lecti ergo .i. electi ¶ Robora pubis argiuæ, appoſitio ē .i. q̃ erāt fortiſſimi argiuorū. ¶ Auratā pellē, aureum uellus de quo ſupra. ¶ Auſi ſunt, tāq̃ rē magnā. Vada ſalſa ipſa maria, ſic Virg. in. iii. Exultantq; uadis. ¶ Cita puppi, celeri naui, & idē a celeritate dictā q̃dā uoluerunt ſicut ſupius diximus. ¶ Palmis abiegnis, remis ex abiete factis. ¶ Diua q̃bus, narrat Vale. Fl. li. i. quēadmodū Pallas ex theſpiis architectum noīe argū uocauit illiq; iperauit ut nauim illā fabricaret ¶ Diua reti. arces: Palladē intelligit q̃ arciū dea fingit̄ q̃a de capite Iouis nata fert̄ Virg. Pallas quas cōdidit arces ipſa colat, et ē ordo, q̃bus .ſ. iuuenibus ipſa diua fecit currū uolitātē leui flamine. ¶ Fecit cur. poetice naui per q̃ſdā metaphorā currū uēto uolātē appellauit, uidet̄ nāq; nauis currus eē q̃ uēto ducat̄. ¶ Flamie uē. cō iun. tex. pi. pineas arbores ſil̄ cōiungēs. ¶ Illa ru. cur. pri. ſi de naui lōga itelligimus hoc uerū ē, cōſtat. n. Iaſonē primū naui lōga per maria nauigaſſe, ut Pli. li. vii. c. l, i. teſtat̄. ¶ Rudē cur. expertē artis nauigatiōis ſz hippalage ē. ¶ Imbuit. a. uerſus iſte in q̃nta ſpōdeum hēt, Amphitrite uero uxor fuit neptuni, Claudianus de rap. ꝓſer. Neptunum gremio cōplectitur āphitrite, Sed ēt ꝓ mari capit̄ Oui. li. i. Nec brachia lōgo margie terrarū porrexerat āphitrite. ¶ q̃ ſil'ac .i. poſtq̃

¶ Proſpicit

Phaſis. Æetes. Argus architectus. Pallas arciū dña. Amphitrite.



¶ PROSCIDIT equor, mare ſulcauit ¶ Ventoſum, in quo maximi uenti flāt. ¶ Roſtro, roſtrum enim appellamus, p̄minentem nauis partem iuxta proram, cuius inuentor fuit piſeus ut Plinius libro ſeptio cōmemorat. ¶ Vnda incanduit, Valde cādduit cādida facta eſt ꝓpter ſpumas. ¶ Emerſere feri, ordo ē, nereides, ideſt

Quæ ſimul ac roſtro uentoſum proſcidit æquor,
Totaq; remigio ſpumis incanduit unda,
Emerſere feri candenti e gurgite uultus
Aequoreæ monſtrum nereides admirantes,
Illaq;, atq; alia uiderunt luce marinas
Mortales oculis nudato corpore nymphas,
Vmblicum tenus extantes e gurgite cano,
Tum thetidis peleus incenſus fertur amore,
Tum thetis humanos non deſpexit hymenæos,
Cum thetidi pater ipſe iugandum pelea ſenſit.
O nimis optato ſeclorum tempore nati

Nymphæ maris Nerei & doridos filiæ appoſitiue feri uultus admirantes monſtrum, ideſt nauim monſtruoſam, emerſere gurgite candenti, ideſt e mari facto ob ſpumas candido, uel Nereides equoreæ appoſitiue mōſtrum et uultus feri, ideſt uultus beluarū marinarum, huiuſmodi enim ſunt nymphæ admirantes .ſ. nauis illius magnitudinē emerſere &c. ¶ Illa atq; alia, ſenſus eſt homines eo die & ſequenti uiderunt nymphas nudas & ſupra aquas extantes. ¶ Mortales oculi, ideſt oculi mortalium, uel mortales oculis uiderunt ut ſit Pleonaſmos. ¶ Illa atq; alia luce, illo & ſequenti die alii legunt. ¶ Illa haudq; alia, ut ſit ſenſus illa luce tantum nō alia mortales oculi uiderunt deas marinas. ¶ Vmblicum tenus, umbilicus dicitur quod medium in aliqua re obtinet, inde umbilicum appellamus ligamentum inteſtinorum qđ mediam fere uentris partē obtinet, inde umblicum per ſyncopam per umbilicum numeri pluralis caſus genitiui protulit. Tenus uero p̄poſitio eſt quæ uſq; ad ſignificat & poſtponi pōt, ablatiuo uero iungitur ut pube tenus, humeris tenus. quandoq; uero uel licentia poetica uel potius more græco cū genitiuo ſed plurali iungitur. Vt apud Virgi. i geor. & crurū ten⁹ a mēto palearia pēdēt. Licet Seruius aduerbium dicat eſſe ex uſu, quoniam p̄poſitio genitiuo iungi nō poteſt, alii uero nutricum tenus legunt .i. uſq; ad mamas quibus maxime utuntur nutrices, ut ſynedochichos hoc dictū ſit, uidelicet ut totum hoc eſt nutrices pro parte .i. ꝓ uberibus poſuerit. ¶ Gurgite, tapinoſis ideſt ex mari. ¶ Cano, albo ex ſpumis. ¶ Tum thetidis, eo tempore peleus qui erat inter argonautas uiſa thetide ipſius amore correptus fuit. ¶ Humanos hymenæos, Cōnubium hominis .i. ipſius pelei, cum reliquæ tamen ſorores præter unam omnes deis nupſerint. ¶ Pater ipſe, ipſe Nereus. ¶ Sēſit, exiſtimauit filiā matrimonio iungendam peleo, & bene oſtendit non tantum ſponſi & ſponſæ, ſed etiam parentis uolūtatem in nuptiis conſenſiſſe. ¶ O nimis optato, cōmēdat poeta tempora illa in quibus naſci iſtis contigit, quia feliciſſima uidētur fuiſſe, cum dei inter homines uerſarentur, & Deæ mortalium cōnubia nō dedignarē-

roſtrū. Nymphæ quales. Vmbilicus. Tenus.

tur. ¶ Nimis optato q̄les.ſ.oēs optāt.

¶ HEroes ſaluete, heroes ab antiquis dicti ſunt ſemidei. Viri fortes, et plus q̄ homines, ſicuti Heſiod. ait ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται ἡμίθεοι. idest hominū Heroum diuinū genus qui uocantur ſemidei, heroas beatus Augustinus in.x. de ciuit. dei ἀπὸ τῆς Ἥρας, hoc eſt a Iunone deriuat quæ eſt aer quod in aere animæ heroū habitare dicuntur. Vnde Lucan⁹ in.ix.

Heroes

Heroes ſaluete, deum genus, o bona mater,
Vos ego ſæpe meo uos carmine compellabo?
Teq; adeo eximiæ tedis felicibus aucte
Theſſaliæ columen peleu, cui iuppiter ipſe,
Ipſe ſuos diuum genitor conceſſit amores:

Quaq; patet terras inter lunæq; meatus ſemidei manes habitant, & unum Iunonis filium heroa nominatum aſſerit Martianus capella in ſecū do ab ἔρα terra quia gubernent homines in terris dū ſunt in regiōe aeris proxima dici putat. ¶ O bona mater, quæ hos in lucem protuliſti. ¶ Sæpe cōpellabo, in ſequētibus uidelicet. ¶ Teq; adeo eximiæ tedis felicibus aucte, felici thetidis matrimonio cū prius thetidis legeretur, pater meus tedis legendum docuit. Tedis igitur p̄ cōnubio accipe, ſic & Luc. in primo, & diro ferales omine tedas, & eſt ordo. O peleu columen.i. præſidum teſſaliæ eximiæ, aucte tedis felicibus, Te.ſ. cōpellabo. ¶ Aucte, dignitate.ſ. ob contractū cum nympha matrimonium. ¶ Cui iupiter ipſe, ipſe ſuos, cum iupiter ardentiſſime thetidem amaret, non tamen auſus eſt cum illa rem habere, quia protheus prædixerat ex illa naſciturum qui maior eſſet patre futurus, unde illam peleo conceſſit, quā rem in principio achilleidos Statius tetigit cū inquit. Magnanimum æacidem formidatāq; tonāti P4

Heros Iunonis filius

Prothei uaticinium

geniem & patrio uetitam ſuccedere cœlo, muſa refer, Ouidius uero diffuſi⁹ eādē lib.xi. met. pertractat his uerſibus.

Nāq; ſenex thetidi protheus dea dixerat undæ.
Concipe, Mater eris iuuenis, q fortibus armis
Acta patris uincet, maiorq; uocabit' illo
Ergo ne quicq̄; mūdus ioue maius hēret
Quāuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes
Iupiter æquoreæ thetidis cōnubia uitat
Inq; ſua æacidē ſuccedere uota nepotē
Iuſſit, et ãplexus i uirginis ire marinæ.

Iginius in libro de ſignis ubi de ſagitta dicit, parcas hoc ceciniſse quod auditū p̄metheus neceſſitate uigilans ioui nunciauit, Vnde p̄ beneficio meritū illi retulit gratiam, eumq; uinculis liberauit. Apollonius etiā libro quarto inducit iunonem ad thetidem loquētem q̄ eā omnium nympharum gratiſſimam haberet quia ioui cōcubitum negauit, et quod tamen eam non omittebat iupiter, donec themis ei uaticinata eſt naſciturum ex thetide eum qui maior foret patre, et q̄d iupiter iurauit non daturum eam cuiq̄; deo. Vnde ſic ſcribit.

ἔμπης δ' οὐ μεθίεσκεν ὀπιπτεύων ἀέκουσαν
εἰσότε οἱ πρέσβειρα θέμις κατέλεξεν ἕκαστα
ὡς δή τοι πέπρωται ἀμείνονα πατρὸς ἑοῖο
παῖδα τεκεῖν τῶ καί σε λιλαιόμενος μεθέηκεν
δείματι, μή τις ἑοῦ ἀντάξιος ἄλλος ἀνάσσοι
ἀθανάτων, ἀλλ' αἰὲν ἑὸν κράτος εἰρύοιτο.



Tamen nō dimiſit hortari inuitam
Donec ueneranda themis narrauit ſingula
q̄ uidelicet fata uoluerūt meliorem patre ſuo
Filiū parere, unde et te cupiēs dimiſit Timore, ne quis ſibi i digni tate æqualis regnaret. Immortalium, ſed ut ſemper propriam potentiam conſeruaret. ¶ Ipſe iupiter, ipſe emphaſim habet, & ad maiorem pelei laudem ſubiungit, ipſe genitor diuum. q.d. ſummus ille deorum regnator genitorq;. ¶ Suos amores, ipſam thetidem, quam impenſe amauit, & notandū q̄ ut plurimū amores in plurali de libidinoſis dicimus.

Te ne thetis tenuit pulcherrima neptunine?
Te ne ſuam tethys conceſſit ducere neptem?
Oceanuſq; mari totum qui amplectitur orbem?
Quæ ſimul optatæ finito tempore luces
Aduenere, domum conuentu tota frequentat
Theſſalia, oppletur lætanti regia cœtu,
Dona ferunt, præ ſe declarant gaudia uultu,
Deſeritur Scyros, linquunt phthiotica tempe,

Amores Deriuati. nomen patronimico

¶ THEtis neptunine, deriuatiuum p̄ patronimico poſitum eſt, Neptunine.i. neptuni neptis, utpote quæ de Doride filia Neptuni, qui idem eſt Oceanus nata eſſet, alii uero græcum patron, micū fœminini generis eſſe uolunt. ¶ Tenuit, obtinuit in maritum. ¶ Te ne ſuam Tethys? hic tethys cum aſperatione in ſecūdo loco & prima producta habetur, q̄a uxorem Oceani ſignificat, querit enim cum quadam admiratione cōmendationis plena, an tethys & Oceanus cōceſſerint peleo habere thetidem neptem ſuā in uxorem. ¶ Suam neptem, quæ nata erat ex Doride filia ſua & Nereo.

¶ Mari totum, Oceanus nāq; eam partem orbis terrarum uniuerſam, quæ hominibus ad habitandum conceſſā eſt circuitu ſuo ambit. ¶ Totum orbem, ideſt uniuerſam partem terræ habitabilem. ¶ Quæ ſimul optatæ, In hac parte eorum frequentiam qui ad nuptias conuenerunt declarat, Et eſt ſenſus, poſtq̄ ſtatutus dies nuptiis aduenit. ¶ Quæ luces, neceſſe ē ſupplere his diebus q̄ nuptiis dedicati aduenerunt, tota teſſalia domum frequentat et luces numero plurali dixit q̄a magnificæ nuptiæ per plures celebrātur dies. ¶ Domum conuentu, omnes teſſali domum pelei conuenerunt nuptias celebraturi. ¶ Cœtu lætanti, multitudine eorum qui conuenerunt & læti erāt ob nuptias regis. ¶ Dona ferunt, populi omnes munera regi attulerunt qui mos nunc in pagis remāſit, ut ad nuptias accedentes munera afferant, & in regum nuptiis. ¶ Præ ſe declarant, oſtendunt & uultu indicant gaudia in animo cōcepta, & noue dixit præ ſe declarant cū declarat per ſe plenum ſit. ¶ Deſeritur ſcyros, Scyros eſt iſula in Aegro. Cuius Strabo lib.ix. & Pli. lib.iiii. ca.xii, meminerunt, clariſſima fuit hæc inſula p̄pter Achillis cum lycomede affinitatem & propter Achillis filium Neoptolemū ibi procreatum & nutritum. ¶ Deſeritur, ab incolis.ſ. qui ad nuptias conueniebant. ¶ Linquūt, coloni.ſ. ¶ Phthiotica tempe, Tempe locus eſt in theſſalia amœniſſimus quem ſic deſcribit Ouid. lib. primo meta. Eſt locus Hæmoniæ p̄rupta quod undiq; claudit Sylua, uocāt

Mos q̄ et hodie ſeruatur

Præ ſe declarant.

Scyros

Neoptolemus ubi nutritus

Tēpe

tempe, per quæ peneus ab imo effuſus pi do ſpumoſis uoluitur undis, huius ſitũ deſcribit etiã Pli. lib. iiii. ca. viii. & Soli nus cap. xiii. Eſt aũt tempe neutri gene ris, & numeri pluralis, Phtiotica autẽ teſſalica dixit a Phtia ur-be de qua Strab. lib. ix. et Pli. lib. iiii. c. ſeptimo.

Phtia urbs

*Graiugenaſq; domos, ac mœnia lariſſea:*
*Pharſalii coeunt pharſalia tecta frequentant,*
*Rura colit nemo, molleſcunt colla iuuencis,*
*Non humilis curuis purgatur uinea raſtris,*
*Non glebam prono conuellit uomere taurus,*
*Non falx attenuat frõdatorum arboris umbrã,*
*Squalida deſertis rubigo infertur aratris:*
*Ipſius at ſedes, quacunque opulenta receſſit*
*Regia, fulgenti ſplendent auro, atq; argento,*

¶ AC mœnia la riſſea, La-

Lariſſæ plures

riſſæ plures fuerunt, ut Strabo li. xiii. cõmemorat, ſed hoc loco de urbe teſſaliæ intelligit, cuius Strabo idem lib. ix. & Pli. li. iiii. cap. viii, meminere. ¶ Pharſa lii coeunt, Pharſalia oppidum eſt teſſa-liæ de quo Pli. libro. iiii. cap. viii. a quo pharſalia teſſalia dicta fuit, & inde cã pi pharſalici in quibus bellorum ciuiliũ procellæ detonuere. Notandum eſt autẽ q; Catullus eodem carmine ſecundã ſyl labam in hac dictione corripuit & pro duxit, quẽadmodum Lucretius lib. iiii. primam in liquidis craſſaq; conueniant liquidis & liquida craſſis, alii habent pharſalii coeunt. ¶ Rura colit nemo, cũ coloni abeſſent interea rura non coleban tur. ¶ Molleſcunt colla, fiunt tenera, quia non trahunt aratrum iuncti ad iu-gum, ex quo ſolent duritiem & callum in collo contrahere. ¶ Non humilis, In teſſalia uites ſunt non arbuſtiuæ ut i ita lia, ſed humiles & humi quodãmodo ſer pentes. ¶ Non purgatur, raſtris non fo ditur. ¶ Non glebam, tauri non proſcin dunt arua. ¶ Prono uomere, uel curuo aratro, uel ad aratorem reſpicit, qui in-

Phar alia

clinatus & in aratri ſtiuã incumbẽs ter ram uerſat. ¶ Falx frondatorum, uaria recenſet agriculturæ officia, quæ omnia ceſſaſſe cõmemorat. Sunt autem frõda-tores q ramos arborũ amputant hiemis tẽpore & qui folia uitiũ ma-nibus uel-lunt, quo ardor ſolis uuam ma turiorem reddat. ¶ Atte-nuat um-bram, amputãdo frondes umbra minui tur. ¶ Rubigo infertur, eſt rubigo me-talli uitium quo paulatim conſumitur, maxime cum nõ exercetur a robo, ideſt rubeo colore dicta. ¶ Ipſius at ſedes, hæc eſt altera pars poematis in qua nu-ptiarum apparatum deſcribit, & in-ter reliqua quæ ibi fuiſſe commemorat. Dicit etiam fuiſſe quãdam ueſtem ſtra-gulam, acu pictã, in qua theſei & ariad nes & bachi fabula conſcripta erat. Et ſic in ipſius fabulæ narrationem diuer-titur, quæ diffuſius apud Ouid. li. v. fa ſtorum habetur, Quã etiam lib. vii. mu tationum perſtrinxit, Et eãdem cõmemo rat Diod. lib. v, eſt aũt ordo, at regia ſe-des. i. domus ipſius pelei quacũq; .ſ. par te receſſit, omnia ſplendent fulgenti au-ro & argento. ¶ Quacũq; opulẽta re ceſſit regia, per totã regiam, receſſit au-tem dixit, quia magnificæ ædes multa habent loca & conclauia, ita ut de uno in aliud tranſitus fiat, et ſic recedere ui-dẽtur. ¶ Fulgẽti ſplendet auro, & argẽ to, In hoc uerſu in dictione ſplendet, det ſyllaba licet uocali ſubſequente, produci tur, ſicut

Frõda tores

Rubigo ... de

Fabula theſei & ariadnes



tur ſicut etiam apud Ouidium. Sub Ioue mundus erat, ſubiit argentea proles, & ſuperius, cũ Thetis humanos non deſpexit hymenæos, pterea ſpõdeus fit in .v. ſede.

*Candet ebur ſoliis, collucent pocula menſæ.*
*Tota domus gaudet regali ſplendida gaza.*
*Puluinar uero diuæ geniale locatur*
*Aedibus in mediis, indo quod dente politum,*
*Tincta tegit roſeo, conchylis purpura fuco.*
*Hæc ueſtis priſcis hominum uariata figuris*
*Heroum mira uirtutes indicat arte.*

Ebur. Barus

¶ CAN det ebur ſoliis, ebur dicitur a barro, barrum autẽ elephantẽ dicebant, ex dẽte .n. elephantis & ex oſſibus fit ebur, q̃uis tamen ebur ſolum dicat ex dente Pli. li. viii. ca. iii. ¶ Soliis, ſolium dicitur ſoli-da ſedes ex unico ligno confecta in qua reges ob corporis tutelam ſedere ſolebãt, Virg. Præfatus diuos ſolio rex inſit ab alto, dictum ſoliũ quaſi ſolidũ. ¶ Gau-det, ſplendet, ut gaudere uideatur poeti ce per proſopopeiã ſenſum ianimatæ rei attribuit. ¶ Collucent pocula menſæ, Poculum nunc calix potioni cõtinendæ accõmodatus, Alias id qđ bibimus. Vir gi. Pocula ſi quando, ſæuæ infecere no-uercæ, de quo uocabulo loquitur etiam Augu. li. xviii. de ciui. dei, collucent ue-ro uel quia ex auro & argẽto confecta erant, uel quia in his gẽmæ, unde poto-ria gẽmata Pli. li. xxxiii. appellauit, un de Martialis in apophoretis, Gẽmatum ſcythicis ut luceat ignibus aurum, Aſpi ce quot digitos exuit iſte calix. Et Vir-gilius libro primo. Hic regina grauem gẽmis auroq; popoſcit. Impleuitq; mero pateram. ¶ Gaza, uocabulum eſt perſi cum & diuitias ſignificat, quo uſus eſt etiam Virgilius libro primo. Arma uirũ tabulæq; & troia gaza per undas. ¶ Puluinar uero, in mediis ædibus le-ctus erat plumeus in quo noua nupta erat cum peleo cubitura, Puluinar dici-tur quod nobis capiti ſupponimus dor-

Soliũ. Poculum. Potoria gẽmata. Gaza. Puluinar.

mituri, quo etiam nomine lectulus di-citur, qui in templis ſterni conſueuit in honorem numinis alicuius, Vnde lectiſternium etiam nuncupatur, ut Auguſt. docet li-bro tertio de ciuitate dei. hoc loco pului nar geniale lectulum coniugalem intel-ligit, eſt enim genius uoluptatis deus, in de genialis dicitur, & genio indulgere eſt uoluptati uacare, Perſius indulge ge nio, carpam⁹ dulcia, noſtrum eſt Quod uiuis, cinis & manes & fabula fies, e conuerſo dixit Terentius, ſuum defrau-dans genium. ¶ Locatur diuæ, ipſi the-tidi. ¶ Ædibus in mediis, ſic legendum eſt non autem ſedibus. i. in media domo. ¶ Indo quod dente politum, ebore, fa-cto ex dente elephãtis indici, de quibus Plinius lib. viii. cap. vi. ¶ Tincta tegit, ordo eſt purpura tincta fuco roſeo con-chilis tegit, Dicit enim conchile lis, & conchilium cõchilii, & eſt genus piſcis, ex cuius ſucco conficitur purpura, corũ uero qui purpura conchilis iungunt tan quã adiectiuum ſit minime ſententiã ſe-quendã arbitror. ¶ Purpura, ueſtis ſtra gula purpurea, & hoc indicatur quia ſubiungit hæc ueſtis. ¶ Hæc ueſtis, in hac inquit ueſte erant uariæ imagines et figuræ antiquorum pictæ, quia in ea, fa bula Ariadnes continebatur. ¶ Varia-ta, coloribus diſtincta. ¶ Virtutes he-roum, Theſei & bacchi, ſed Ironice hoc dictum eſt. ¶ Mira arte, indicat hoc ad

Lectiſternium. Geni⁹. Genio indulgere. Cõchile, lis, Cõchiliũ, lii.

artificis pertinere commendationem, ut infra apparebit.

¶ NAMq; fluentiſono, Incipit narrare fabulam Ariadnes in Naxo a Theſeo derelictæ, quam dicit in ueſte illa depictā fuiſſe, ordine uero artificiali a medio poetice incipit, Videlicet quo modo Ariadna relicta fuerit, poſtea quomodo fuerit abducta narraturus, Eſt autem ordo talis, Ariadna gerens idomitos furores in corde, proſpectans littore.i. de littore fluētiſono diæ, tuetur Theſea cedentem cum celeri rate. Littore fluentiſono.i. de littore qui reſonat ob fluctus maris, a quibus percutitur, legi tamen etiam poteſt fluente ſinu ut ſint duæ dictiones.i. labente mari. ¶ Diæ, inſula fuit Naxos Ægei maris una cicladum de qua Pli. li. iiii. c. xii. ſic ſcribit, Naxus a Delo. xviii millia cum oppido diſtat, hanc Strōgylē deinde Diam mox Diōyſiada a uinearū fertilitate, alii Siciliam minorem, aut Caliopolim appellauerunt, huius inter cicladas meminit etiam Strabo li. x. Diodorus quoq; li. ix. et. ca. v. Naxū oli Diā uocatam fuiſſe teſtatur, ubi Theſei & Ariadnes fabulam recitat. Nam cū Theſeus in cretam nauigaſſet, Ariadnæ Minois filia eius ſpecie & decore capta cōſilium dedit minotauri occidendi, & labyrinthi egreſſum docuit, deinde cū eo

Dia ſiue Naxos

Theſeus & Ariadna

Namq; fluentiſono proſpectans littore Diæ,
Theſea cedentem celeri cum claſſe tuetur.
Indomitos in corde gerens Ariadna furores,
Nec dum etiam, ſeſeq; ſui tum credidit eſſe,
Vtpote fallaci quæ tum primum excita ſomno
Deſertam in ſola miſeram ſe cernit arena:
Immemor at iuuenis fugiens pellit uada remis
Irrita uentoſæ linquens promiſſa procellæ
Quem procul ex alga mœſtis minois ocellis,
Saxea ut effigies bacchātis proſpicit euæ
Proſpicit, & magnis curarum fluctuat undis,
Non flauo retinens ſubtilem uertice mitram,

Ariadne noctu clam recedens in inſulā appulit Naxum, ubi dormiens a Theſeo derelicta fuit. Sed eadem ſomno expergefacta cum illum recedētem aſpexiſſet amatorie de illo conquerebatur, interim ſuperueniens Bacchus illā in uxorem duxit, poſt cuius obitum coronam ex nouē ſtellis in cœlo cōſtituit, de q̄ Ouidius in faſtis Aurea per ſtellas nunc micat illa nouē. ¶ Theſea cedentem, recedentem. ¶ Tuetur, intuetur. ¶ Furores indomitos, amorem in Theſeum. ¶ Nec dum etiam, cum primum expergefacta eſſet a ſomno Ariadna & ſe a Theſeo in inſula derelictam uidiſſet, conſiderata illius ingratitudine & perfidia, uix credidit ſe ſui ipſius eē. ¶ Seſeq;, quia replicat ideo copulā poſuit ad maiorem uim. ¶ Fallaci ſomno, quia per illum a Theſeo decepta fuerat, eo q̄ dormiens derelicta fuerat. ¶ Immemor at iuuenis, Theſeus non memor eorum quæ promiſerat Ariadnæ. ¶ Irrita, ſine effectu. ¶ Procellæ uentoſæ, Eſt enim ueluti prouerbiale ut dicamus uerba effectu carentia a uentis diſſipari, inde dicet inferius. Sed mulier cupido quæ dicit amanti In uento & rapida ſcribere oportet aqua, & Ouidius, Irrita uentoſæ rapiebant cuncta procellæ. ¶ Quem procul, poſtq̄ Ariadna uidit illum recedentem, & ſe ab eo derelictā

Coronā in cœlo



curis exæſtuans cuncta reiecit ornamenta. ¶ Quem.ſ. Theſeum. ¶ Minois, patronymicum eſt fœmininum.i. Ariadna Minois regis filia. ¶ Saxea ut effigies euæ bacchantis, In hac cōparatione duo ſunt cōſideranda, & q̄ cum furibundi ueluti bacchas facta eſt, & q̄ imobilis Theſeum recedētem ſpectabat, adeo ac ſi marmorea fuiſſet effigies. ¶ Euæ, bacchæ, quæ cum furore diſcurrēs baccho ſacrificabat. ¶ Proſpicit & magnis, Videt amantem abeuntem & una affligitur, & ludit in eo q̄ Theſeus abiret per undas, & ipſa fluctuaret undis curarum. ¶ Fluctuat undis, metaphorice curarū multitudinem undas fluctuantes appellauit, hæ namq; more fluctuum marinorum cor pertundunt, Flauo uertice.i. capite flaui coloris, ob capillos, ex dolore enim coronā deiecerat. ¶ Retinēs mitrā ſubtilem, Mitra erat tegmētum capitis quo maxime mulieres utebātur & ut ait Seruius in. iiii. æneid. Pileus incuruus quo etiā buccæ cōteguntur, & lib. ix. inquit, Pilea uirorum ſunt, Mitræ uero fœminarū, & ꝓprie lydorum ut Virg. in. iiii. Et nunc ille paris cū ſemiuiro comitatu, Mæonia mētum mitra crinemq; madētē, ſubnixus rapto potitur.

Mitra pilea uirorū Mitræ fœminarū

¶ NON contecta pectus, figurate nō habens pectus cōtectum & uelatū tenui amictu, gen? id tegmenti indicat quo mammæ conteguntur, hodieq; fœminæ etiam utuntur, quod a pectore ipſe pectus uulgo appellant, quo ipſa prius contectum pectus habebat. ¶ Non uincta papillas ſtrophio, ſtrophium faſcia breuis eſt ut Nonius inquit, quæ uirginalem errorem cohibet papillarū, nam ſi maiores fuerint deprimit, ſin minores ſubtus alligata illas tumefacit. Martialis, Faſcia creſcentes dominæ cōpeſce papillas Vt ſit quod capiat noſtra tegatq; manus. ¶ Papillas lactentis, uel lacte plenas, ſicut Virgilius lactentia frumenta dixit.i. lacte plena, uel lactantis legamus quod magis probo, eſt enim lactare per metaphoram aliquem per blāditias

Non contecta leui uelatum pectus amictu,
Non tereti ſtrophio lactanteis uincta papillas,
Omnia quæ toto delapſa corpore paſſim,
Ipſius ante pedes fluctus ſalis alludebant,
Sed neq; tum mitræ, neq; tum fluitantis amictus
Illa uicem curans, toto te ex pectore Theſeu,
Toto animo, tota pendebat perdita mente,
Ah miſerā aſſiduis quam luctibus externauit
Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas?

allicere atq; decipere, Terentius in Andria, niſi me lactaſſes amantem, et ſic lactantis papillas, ideſt per blanditias uiros allicientes. ¶ Omnia, mitram, pectoris uelamen, & Strophium. ¶ Delapſa, abiciente ipſa Ariadna.ſ. ¶ Fluctus ſalis, Aquas maris per fluctus agitatas. ¶ Allidebant, percutiebant, feriebant. ¶ Ipſe ante pedes, ante ipſam Ariadnā. ¶ Sed neq; tum mitræ, Ariadna omnia negligens ornamenta de Theſeo tātummodo cogitabat. ¶ Non curans uicem, ideſt ſortem mitræ iacentis per terram. ¶ Ab miſeram, exclamatio eſt poetæ cōmiſerantis caſum Ariadnes, & dico uel aliud uerbum tale ſubintelligere neceſſe eſt? ¶ Externauit, dementē fecit ſic Nonius Marcellus exponit, & hanc locum adducit. ¶ Erycina, Venus ſic appella-

pect?

Strophium

Lactare

Externare

Erycina uenus

Eryx mons

ta eſt ab Eryce monte ſiciliæ in quo templum ab Ænea conditum tenuit, Cuius Strabo lib. vi. & montis. Plinius libro. iii. cap. viii. meminerunt. ¶ Curas ſpinoſas, pungentes, nocenteſq; & moleſtas, metaphorice a ſpinis quæ pungunt.

*Illa tempeſtate ferox, quo tempore Theſeus*
*Egreſſus curuis e littoribus pyræi,*
*Attigit iniuſti regis Cortynia tecta:*
*Nam perhibent olim crudeli peſte coactam,*

SANguinem tauri, hoc eſt ut minotaurū interficias. ¶ Oblitteret, deleat. ¶ Vt ſi. ac no. q̄ſ primū tui oculi uidebūt mōtes atticos. ¶ Lumia, tui oculi. ¶ Nr̄os col. atticos ¶ Funeſtā ueſtē, Veiū nigrū, qđ mortis erat futurū īdiciū. ¶ Rudentes itor. funes nauiū ītorta canabe cōfecti. ¶ Qui primum, ut ſtatim agnoſcam gaudia. i. te uictorem, qui mibi eris cauſa gaudii, ¶ Ætas proſpera, Vita tua nō interrupta, uel ſors legat et erit clarior ſēſus.

¶ Hæc mandata prius, ordo ē, hæc mandata liquere theſea prius tenentem ipſa mente cōſtanti ceu nubes pulſæ flamine uentorum relinquunt cacumen aerium montis niuei. Et eſt ſimilitudo. ¶ At pater ut ſumma Sed pater Aegeus in alta turri, filii redeuntes naues proſpiciens, credens illū interfectum cum nigra uidiſſet uela ſe in mare præcipitē dedit. ¶ Ex arce ſumma, ex arce in editiori loco edita uel in ſummitate arcis. ¶ Abſumens lumina,

ex metu mortis filii plorans & ploran do oculos conſumens.

¶ CVM primum infecti, ſic melius le gi poſſe q̃ inflati pater meus docuit, ſi cut ſupradixerat, Inde infecta uago ſu ſpendam

*Cum primum infecti conſpexit lintea ueli,*
*Præcipitem, ſeſe ſcopulorum e uertice iecit,*
*Amiſſum credens immiti Theſea fato,*
*Sic funeſta domus ingreſſus tecta paterna*
*Morte ferox Theſeus: qualem minoidi luctum*
*Obtulerat mente immemori, talem ipſe recepit.*
*Quæ tum proſpectans cedentem mœſta carinā*
*Multiplices animo uoluebat ſaucia curas.*
*At parte ex alia florens uolitabat Iacchus,*
*Cum thyaſo ſatyrorum, & nyſigenis ſilenis,*
*Te quærens Ariadna: tuoq; incenſus amore,*

lintea malo. Licet poſt patrem idē quoq; alii ſcriptum relinquerit. ¶ Sic funeſta domus, ordo eſt ſic theſeus ingreſſus tecta domus funeſta cæde paterna ipſe ferox recepit talem luctum mente immemori. i. quæ oblita fuerat mutare uela, qualem obtulerat minoidi. ¶ Minoidi, ariadnæ minois filiæ, Datiuus eſt et ultimam habet correptam, ut Statius in achilleide, Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum. Forte diem. ¶ Quæ tamen aſpectans, q̃uis dei uindictam feciſſent, ipſa tamē mœſta multa animo uoluebat, cum ecce Bacchus aduolauit. ¶ At parte ex alia, Ex alia parte illius ueſtis ſtragulæ depictum erat quemadmodum bacchus superuenit, dum ariadna cōquereretur. ¶ Iacchus, bacchus. ¶ Volitabat, celeriter ueniebat, ſcribit Diodorus lib. v. Dionyſium pulchritudine ariadnes captū, cū a theſeo uirginem abſtuliſſet, uxorē illā ꝑter modū abſe dilectā duxiſſe. ¶ Cū thyaſo ſatyrorū, Thyaſis ſaltatio dicit, q̄ Baccho exhiberi ſolita erat ἀπὸ θύω quod eſt ſacrifico. Virg. in bucolicis, inſtituit Daphnis thyaſos inducere bac

Minoidi ultima breui.

Thiaſus.

cho, Satyros uero in comitatu bacchi fuiſſe nō ignoramus, Sunt autē Satyri acutis auribus calui, cum corniculis in capite, ut Lucianus ſcribit in concilio deorum, & rubicunda facie ut philoſtrat⁹ ait Capripedes ſunt, effigie humana & uelociſſimi, & in ſubſolanis indiæ mōtibus ut Pli. in. vii & propter uelocitatem non niſi aut ſenes aut ægri capiuntur, qualem unum adductum ad ſyllam ferunt e bello mithridatico redeūtem, ut Plutarchus narrat. ¶ Et niſigenis ſilenis, Licet ſilenus nutritor & comes bacchi fuerit, qui aſinum equitabat, Vnde in primo faſtorum Ouidius, Venerat & pando ſenior ſilenus aſello, tamen hoc loco de populis Niſæ habitatoribus a Sileno antiquo ſilenis dictis intelligendum arbitror, de quibus Diodorus in fine libri quarti hæc ſcribit, Cum arma aduerſus Saturnum eſſet moturus præficiſcente ex Niſa exercitu Ariſtæum tradunt eorum præſidem primū omnium & ſacra inſtituiſſe Dionyſio, & ei ut deo ſacrificaſſe, dicunt inſuper ei ſubſidium tuliſſe Niſeorum nobiliores, quos a primo eorum rege ſileno, qꝛ aūt propter uetuſtatem ignotum eſt genus. ſilenos uocant, Niſigenis igitur. i. in niſa genitis, Et cum ſilenus primam habeat productam in hoc carmine ſicut et ī multis aliis in q̄nta ſede eſt ſpōdæus nec eos

Satyri

Silen⁹

Sileni populi



nec eos audio qui Silenum primam ambiguam habere dicunt ꝓpter illud Virgilii carmen, Quantū omnis mundus gaudet cantante Sileno, nouerint nāq; hi carmē illud uirgilianū nō eē. Suidas dicit per ει bacchū ſignificare ꝑ ι ſenē uidelicet bacchi alumnum. Cuius hæc ſunt uerba, Σειληνος ο Διονυσος παρα το σειεσθαι ἐν τω ληνω. Σιληνος δε ο γερων δια του ι παρα το σειεσθαι αλις. i. Silenus bacchus ab eo q̇ in Torculari torquetur. Silenus ſenex per ι. ab eo q̇ multum cōcutit quia per ætatem contremiſcit uidelicet.

Silen⁹

¶ QVI

*Qui tū alacres paſſim lymphata mente ferebāt,*
*Euoe bacchantes, euoe capita inflectentes,*
*Horum pars tecta quatiebant cuſpide thyrſos,*
*Pars e diuulſo iactabant membra iuuenco,*
*Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant,*
*Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,*

tum alacres, q. ſ. ſileni & ſatyri alii legūt, q̃tum alacres. ¶ Lymphata mente, furibunda et lymphis agitata, nam creditum eſt ab antiq̄s eos q̄ imaginē Nymphæ in aq̄s uidiſſent, furore ꝑcipi, unī quos, νυμφολήπτους uocāt latini lymphatos dicunt. ¶ Euoe bac. bacchari proprie ē bacchi ſacra celebrare, ſed q̄a ꝑ furētes agebāt inde per trāſlationem dicimus bacchari, pro furere & uagari cum clamore, Virg. Totaq; incēſa per urbem bacchatur, bacchātes ergo per furorem ſacra celebrando clamātes euoe quæ uox eſt clamātium, Virg. in. vii. euoe bacchantes, εὐοῖ. myſtica uox erat in ſacris bacchi ideſt euoe quæ latine pronunciari debet ſupreſſa o, quia diphtōgus eſt ſicut œdipus. Nam ſunt duo diphthongi euoe. ¶ Capita inflectentes, rotantes caput tamq; furibundi. ¶ Horum pars, aliq̄ ex iſtis. ¶ Quatiebant thyrſos cuſpide tecta, Thyrſus haſta eſt & ut libro primo Saturnalium ſcribit Macrobius, ubi de marte telum latens, cuius mucro hedera labente ꝓtegitur, Ideo tecta cuſpide dixit Catullus. ¶ Pars e diuulſo iactabat, In memoriā penthei olim a matre dilacerati, ſolebant bacchātes uitulū

Lymphati.

Bacchari.

Euoe

Thyrſus.

Vitul⁹ in ſacris.

in partes dilacerātū iactando oſtentare, ut impios perterrefacerent, Pentheus, nāq; Echiōis filius Thebarū rex bacchi numen contemnens ab Agaue matre reliquiſq; furentibus mulieribus, uitulum eſſe credentibus dilaceratus fuit, Vnde Perſius in. ii. Et raptum uitulo caput ablatura ſuperbo, Baſſaris, licet tamen Ouidius aprum et non uitulum ipſum uiſum fuiſſe ſcribat. ¶ Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant, Solebāt nāq; mulieres baccho ſacra facientes impune ſerpentes attrectare, uti Plutharchus docet in Alexandri uita, ubi de olipiade eius matre. ¶ Orgia, ſacra bacchi a latinis dicūtur, ἀπὸ τῆς ὀργῆς. i. a furore, licet omnia ſacra a græcis hoc uocabulo nūcupentur, quia qui ſacrificāt diuino quodā corripi furore uidentur, ut Euſebius inq̄t de ꝑparatione euāgelica. ¶ Obſcura, occulta. Illa eni hiſtācum qui initiati eſſent nota erant. T. Liuius lib. viii. de bello macedonico ſcribit ritum horū ſacrorū a græculo quodā uate et ſacrificulo in Thuſciā fuiſſe allatum, deinde in urbem Romā trāſiuiſſe, ubi uiri & fœminæ in locū ſecretū conueniebāt nō ſupra uiginti annos, & cōmertia mutui ſtupri inter uiros non mi

Pētheus.

Bacchæ impune ſerpentes tractabāt

Orgia

P. Ebutius. nus ꝙ cum fœminis fuiſſe, quæ demum per P. Ebutium detecta fuere. ¶ Cauis ci
ſtis. quibus utebantur in ſacris bacchi, in quibus ſacra quædam ferebant, hinc Ti
Ciſtæ i ſacris. bullus, & lenis occultis conſcia ciſta ſacris, unde canephoræ uirgines dicebantur
ſacra illa in ciſtis repoſita in capite portantes.

Cane- phora.

¶ QVÆ fruſtra cupiunt, quia licet cupiāt audire tamē bis nō dicuntur.

*Orgia quæ fruſtra cupiunt audire profani*
*Plangebant alii proceris tympana palmis,*
*Aut tereti tenueis tinnitus ære ciebant.*
*Multaq; rauciſonos efflabant cornua bombos,*
*Barbaraq; horribili ſtridebat tibia cantu.*

enim ſtrepitus dicitur ꝗ ex ſonitu illo reddit. ¶ Barbaraq; hor-

¶ Prophani, qui nō ſunt ſacris initiati. Virg. procul hinc procul eſte ꝓphani. ¶ Plangebant aliæ. ſ. bacchæ, nam ſuperiora faciebant Sileni & ſatyri, ꝙuis plangebant alii etiam legunt. ¶ Plangebant, percutiebant. ¶ Palmis proceris, manibus in lōgum proiectis, uel palmis. i. lignis ex palma arbore cōfectis, lignis nāq; timpana pulſari uidemus, uel ꝙ forte melius lignis lōgioribus in formam remorū, nam & remos palmas & palmulas uocamus. ¶ Aut tereti tenuis, aut tubam inquit pulſabāt quam periphraſticos indicare uidetur. ¶ Multaq; rauciſo. ſic legēdū eſt, uel ut alii uolunt. Multi rauciſonis efflabant cornua bōbis, Sic cornua erit caſus accuſatiui. Aliqui legunt multi rauciſonos ut tota ſit una cōpoſita dictio et cornua nominatiui caſus, ſed ſyllaba repugnat quia ti in huiuſmodi cōpoſitis breuiatur, ſicut in iſtis patet. Multicolor, multiſonus, multiloquus, et licet quādo ꝙ producatur ut Lucretius lib. ii. Multiplexq; loci ſpatium trāſcurrere eodē, hoc eſt ꝓpter liqdam ſequētem, qa Martialis in diſticis breuiauit, Nec tibi multiplici quæ ſtructa eſt maſſa tabella, In ſacris autē Bacchi cornua adhiberi ſolita eſſe illud Perſii īdicat. Torua mimalloneis implerunt cornua bōbis, Bombus

Ti i cō poſitis

Cor- nua in ſacris bacchi

ribili, pulſabatur etiā tibia in ſacris bacchi, unde Tibullus. Et tyriæ ueſtes & dulcis tibia cantu, Ouidius etiam in faſtis ad ſacra tibiam adhiberi ſolitam docet cum inquit. Cantabat ſacris, cantabat Tibia ludis. Cantabat mœſtis tibia funeribus, Barbaram uero dixit tibiam uel ſecūdum ritum barbarorum factam, uel a barbaris inuētam, ſcribit Plinius lib. vii. ca. lvi. obliquam Tibiam a Mida in phrygia, geminas tibias a Marſia in eadem gēte inuētas fuiſſe. pallas apud Ouid. ſe tibiæ primā inuētricem aſſerit dicens. Prima terebrato per rara foramina buxo, ut daret effeci Tibia lōga ſonos, Et quoniam in tibiarū mentionem incidimus illud expoſuiſſe ab re nō erit, qđ a multis quæri ſolet, qd ſibi uelint illa uerba Donati apud Terē. Modos fecit Flaccus Claudii filius tibiis paribus & īparibus dextris & ſiniſtris. Sciēdū eſt igitur ex Seruii in Virgiliū lectione ꝙ tibiæ ſarranæ dicūtur ꝙ ſūt pares & æquales habent cauernas. At phrygiæ quæ & īpares ſunt, et inæquales habent cauernas, quales itelligit Virgilius cū dicit, biforem dat tibia cantū, ut quæ nō ſit pari modulamine cōpoſita. Vt enī ait Varro Tibia phrygia dextra unum hēt foramē, ſiniſtra duo, quarum unum acutum ſonum habet. Alte-

Tibi[...] bacch[...] nalib[...]

Tibi[...] inue[...] res.

Don[...] tus e[...] plicā[...] Sarr[...] næ T[...] biæ [...] Phry[...] giæ. Tibi[...] dext[...] et ſin[...] ſtra[...]

Nota hoc.



rum grauem, de qua re ita etiam loquitur Diomedes grāmaticus lib. iii. Cuius rei indicia ꝓdunt antiquæ nobis comœdiæ, in quibus inuenimus, acta tibiis paribus, aut imparib⁹ aut ſarranis, quādo enim chorus canebat choricis tibiis. i. choraulicis artifex concinebat, in comicis autem piraulicis reſpōdebat, ſed ꝙ paribus tibiis uel imparibus inuenimus ſcriptū, hoc ſignificat ꝙ ſi quādo monodio agebat unā tibiā iflabat, ſi qñdo ſinodio utrāq;, ſed ne uidear Catullū deſerere ad puluinar reuertar.

¶ TAlibus amplificæ, ueſtis cōcludit igitur hanc Ariadneſ narrationem fabuloſe recitatam fuiſſe in puluinaris tegmento acu pictā

*Talibus amplificæ ueſtis decorata figuris,*
*Puluinar complexa ſuo uelabat amictu.*
*Quæ poſtquam cupide ſpectādo theſſala pubes*
*Expleta eſt, ſanctis cœpit decedere diuis,*
*Hic qualis flatu placidum mare matutino*
*Horrificans zephyrus proclinas incitat undas,*
*Aurora exoriente uagi ſub lumina ſolis,*
*Quæ tarde primum clementi flamine pulſæ*
*Procedunt, leniterq; ſonant plongore cachini,*
*Poſt uento creſcente, magis magis increbreſcūt,*
*Purpureaq; procul nantes a luce refulgent,*
*Sic tum ueſtibuli linquentes regia tecta,*

eſt. Hic qualis zephirus flatu matutio horrificans mare placidum incitat undas proclinas, aurora exoriēte ſub lumina uagi ſolis

quā cum theſſali ꝗ ad nuptias conuenerant inſpexiſſent, recedentes, locum deis cōuenientibus dedere. Ordo aūt talis eſt ueſtis amplifice. i. magnifice decorata, talibus figuris cōplexa, uelabat puluinar ſuo amictu. ¶ Quæ, quas res, quas figuras ſuperius deſcriptas. ¶ Pubes theſſala, theſſalorum iuuentus. ¶ Expleta eſt, ſatiata eſt inſpiciendo. ¶ Cœpit decedere, cedere locum dare ſanctis diuis, qui ad nuptias cōuenerunt, de quibus paulo poſt dicet aduenit chiron portans &c. ¶ Hic qualis flatu, theſſalorum ex thetidis domo exeuntium. Quorum aliqui huc, aliqui illuc iter habebāt cōparationem facit, ad undas maris ꝙ uento agitatæ, huc & illuc impellūtur huiuſmodi etiam metaphoram ſiue ſimilitudinem reſpiciens Iuuenalis inquit. Mane ſalutantum primis uomit ædibus undam. Ipſius uero cōparationis ordo quæ. ſ. undæ pulſæ flamine. i. flatu clementi non magno primum tarde procedunt poſt magis & magis increbreſcūt uento creſcente, & procul nantes refulgent a luce purpurea. Sic inde liquētes ſ. theſſali regia tecta ueſtibuli quiſque diſcedebat a ſe pede paſſim uago. ¶ Horrificans, horridas faciens aſpectu, cum eleuantur uidelicet. ¶ Proclinas, pronas. ¶ Sub lumina, circa ortū ſolis, Virg. Sub lucem exportant calathis. ¶ Solis uagi, nunꝗ ſtātis ſed curſum habentis per. xii. ſigna zodiaci continuo motu. ¶ Cachinni, Vndarum ſonitus metaphorice cachinnos appellat. ¶ Increbreſcunt, crebriores fiunt. ¶ A luce purpurea, auroræ exorientis, ſcilicet. ¶ Tecta ueſtibuli, ueſtibulum tectorum hippalage eſt. Veſtibulum autem ſecūdū aliquos dicitur prima pars domus et primus igreſſus. Alii uero di-

Sub. Sol uagus.

Veſtibulū.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

cunt locum eſſe extra domum, ante ianuā domus uacuum, dictum uel a ueſta cui omnia ſunt dedicata principia uel a ue & ſtando, quia in eo diutius non immoramur, De quo legito Gellium libro decimoſexto cap. quinto & Macrob. libro Saturnalium. vi. & Ouidium in faſtis, & Seruium.

A ſe quiſq; uago paſſim pede diſcedebant,
Quorum poſt abitum, princeps e uertice Pelii
Aduenit Chiron portans ſilueſtria dona.
Nec quotcunq; ferūt cāpi, quos theſſala magnis
Mōtibus ora creat, quot propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fœcunda fauoni,
Hos in diſtinctis plexos tulit ipſe corollis,
Quis permulſa domus iucundo riſit odore.
Confeſtim peneos adeſt uiridantia tempe,
Tempe, quæ ſyluæ cingunt ſuper impendentes,

QVISQ; diſcedebat, ornatus eſt hic mod⁹ loquendi, ut ſi diceris eūt domū quiſq; ſuam, i. unuſq; q; domū ſuam tendit. A ſe, unus ab altero diſcedebat. Pede paſſim uago, pedibus paſſim uagantibus. Singularis pro plurali, Virg. Vterumq; armato milite cōplent, & figura eſt quam ſextam Syllepſim antiquiores appellarūt. Quorum poſt abitum, Poſtq; Theſſali receſſerunt, aduenit Chiron peneus & prometheus. Abitū, diſceſſum. E uertice pelii, e ſummitate montis pelii, qui mons eſt in theſſalia, in quo Chiron habitabat. Nam quoſcūq; ferunt, Hæc ſunt munera allata per Chironem, Videlicet coronæ ex diuerſis floribus confectæ, eſt autem ordo, nam ipſe. ſ. Chiron tulit flores plexos corollis indiſtinctis, quoſcūq; ferunt. i. producūt campi quos ora Theſſala magnis montibus creat, et quos aura fœcūda tepidi Fauonii parit. Propter. i. ꝓpe undas fluminis. Plexos, intextos & complicatos. Quis, ideſt quibus, ſcilicet floribus. Permulſa, delinita domus.

Riſit, reſplēduit, metaphorice per ſimilitudinem ab homine ridente ſumptā qui uidetur totus ſplēdeſcere ſicut etiā

Syllepſis ſexta.

ꝓpter

Ridēt

ſuperius diximus. Confeſtim peneos adeſt, hoc loco quidā poetæ uerba inuertentes adeo inextricabili cœno hæſerunt, ut ne utiq; egredi potuerint. Nam dum incerti ſunt utrū Doris an Chloris, Mniſion an Minoſion legendum ſit, quam expoſitionem darent non inuenerunt, Sed de uerbis iſtis deniq; ualde querendum concluſerunt, et dum aliorum expoſitionem perq; ridiculam exiſtimarunt, ipſi ridendo adriſum cæteros prouocauerunt, Sed ſi ueram lectionem poetæ a parente meo p̄monſtratam percepiſſent. Si ordinem non deprauaſſent, aliis uidendum non reliquiſſent, Cur Catullus Dorida choreis Nonacriis celebrandam dixerit, qđ tamen non dixit Catullus, ſed quod dixerit ordinem catullianorum uerborū & uerba ipſa peruertendo ſomniarūt, Vt igitur omnis dubitatio tollatur, & uerba ipſius auctoris ex correctione paterna ſubſtituemus, & ordinem uerborum demonſtrabimus. Carmen igitur ipſum ſic legendum eſt, Neſſonidum linquens claris celebranda choreis, & ordo eſt talis, confeſtim peneos adeſt linquens tempe uiridantia, Tempe dico celebranda claris choreis Neſſonidū: tēpe



quæ ſiluæ ſuperimpendētes cingunt.

CHOreis Neſſonidum, nympharū Neſſonii lacus prope tempe ut libro nono Strabo meminit. Peneus, fluuius eſt Theſſaliæ ut Plinius lib. iiii. ca. octauo, & Strab. libro nono cōmemorant qui labitur p tempe locū amœniſſimum Theſſaliæ, de quo ſupra, ideo dicit hoc loco linquens tempe. Nonacriis, hāc quoq; dictionem ſuppoſititiam eſſe ex eadem paterna correctione didicimus, legi enim debet, non uacuus, ideſt nō uenit manibus uacuis. nam ſubiungit munera quæ attulit, arbores diuerſas quibus uidelicet ueſtibulum ornauit. Altas fagos, fagus arbor eſt glandifera, et quoniam homines olim glandibus ueſcebātur, ideo ἀπὸ τοῦ φαγεῖν fagus eſt dicta, De hac arbore Plinius latius lib. xvi. Lauros rectas, Ea enim eſt arboris illius natura ut recta aſcendat, de lauro plura legito apud Plinium libro decimoquinto & cap. xxx. & de Platano libro. xii. cap. primo quæ arbor eſt peregrina, & umbrarum gratia tātum ex alieno orbe petita, habet eni magna folia. Nutanti, hoc dicit propter cacumen, quod uētis agitatum mouetur. Lentaq; ſorore flammati phaetontis, populum intelligit. Nam ſorores Phaetontis ipſius interitum deflentes in populos conuerſæ dicūtur: ut fabulam diffuſius recitat libro ſecūdo Ouidius, licet alii in alnos dixerit mutatas. Flāmati Phaetontis, incendio fulminis con

Neſſonius lacus.

Neſſonides.

Pene⁹.

Fagus

Laur⁹

Platanus umbrarū cā.

Sorores phaetōtis.

Flāmatus.

Neſſonidum linquens claris celebranda choreis,
Non uacuus, inq; ille tulit radicitus altas
Fagos, ac recto proceras ſtipite laurus,
Non ſine nutanti platano, lentaq; ſorore
Flammati phaethontis, & aeria cypariſſo.
Hæc circum ſedes late contexta locauit,
Veſtibulum ut molli uelatum fronde uireret,

ſumpti, a ſimplici eius uerbi cuius compoſitum in tuſculanis poſuit Cicero participium deduxit Catullus. Verba autem a Cicerone poſita hæc ſunt. Regiā uidi inflammari, Sic etiam Virg. Talia flammato ſecū Dea corde uolutans. Lenta ſorore, tenaci, Lignum eni populi tenaciſſimum eſt. lentum autem pro tenaci quandoq; accipimus, Plautus in Menœchmis q; lentum eſt & uiſco ſimile. Et aeria cypariſſo, alta, Cupreſſus enim arbor de qua Plinius lib. xvi. ca. xxxiiii. loquitur in altum admodum a rotunditate in acumen, & in aerem erigitur, unde & ipſa conoides eſt. Fuit autem Cypariſſus telephi filius ut Seruius li. iii. cōmemorat, puer formoſus ab Apolline dilectus & in arborem ſui nominis mutatus quemadmodum etiā recitat Ouidius libro. x. & ut alii dicunt a Siluano a quo cum ceruus quem in delitiis, puer hēbat p ignorantiam occiſus fuiſſet, Puer nimium flendo a numinum miſericordiam meruit. quemadmodum Seruius in primo ēt georgicoꝝ ſcripſit, licet Ouidius ceruum a puero non a ſiluano interfectum aſſerat, Dicitur autem Cypariſſus puer maſculino genere. Sed cypariſſus arbor genere fœminino, quæ etiā cupreſſus dicitur, Virgilius. Aeriæ quercus aut coniferæ Cypariſſi. Hæc, ſuperius enumerata. i. iſtas arbores. Contextas, quaſi plantatas Peneus locauit circū ſedes aulæ regiæ. Vireret frōdib⁹. ſ. iſtaꝝ arboꝝ.

Lentū

Cupreſſus.

Cypariſſi fabula

Poſt hunc conſequitur ſollerti corde promethe⁹,
Extenuata gerens ueteris ueſtigia pœnæ.
Quam quondam ſilici reſtrictus membra catena
Perſoluit, pendens e uerticibus præruptis.
Inde pater diuum ſancta cum coniuge natiſq;,
Aduenit cœlo, te ſolum Phœbe relinquens,

POST hunc, Peneum. ¶ Conſequitur ſolerti corde prometheus, Iapetus ex Climene prometheum & epimetheum ſuſcepit filios,

Promethe⁹ et Epimetheus.

Prometheus poſt fabricatum a ſe hominem ex terræ luto, Vt eundē animaret Mineruæ clipeo eleuatus cœlum aſcendiſſe fertur, & inde ex ſolis curru ſubductum ignem ferula clam occultans & in terras deferens, pectori hominis a ſe formati applicans illum animauit, quare iratus iupiter, illum per Mercurium catena ferrea ad ſaxum in caucaſo religari iuſſit, & aquilam appoſuit, quæ iecur continue renaſcens aſſidue corroderet, cumq; ad triginta millia annorum religatus fuiſſet. Interim iupiter ſicuti in libro de ſignis cōmemorat Iginius ubi de ſagitta agit. Thetidis amore captus eius connubium optabat, eo tempore parcæ cecinerunt. Quicunq; Thetidis eſſet maritus eius filium patria fore laude clariorem. Quod auditum prometheus uigilans Ioui nunciauit, qui ueritus ne q̄d ipſe Saturno patri fecerat, ſibi contingeret, illam deſtitit uxorem uelle ducere, Prometheo autem pro beneficio meritā retulit gratiam, cumq; uinculis liberauit, Vt tamen pœnæ iuratæ memoria foret perpetua, ex utraq; re lapide, ſcilicet & ferro confecto annulo digitum ſibi Promethea uincire iuſſit,

Promethei fabula.

Annulorum uſus.

Qua conſuetudine homines uſi ex lapide & ferro primum deinde auro concluſo habere annulos cœperunt. Hanc fabulam ideo in præſentiarum carptim perſtrinxi, quoniam pridem uniuerſam latius tum ex poeta Heſiodo. eiuſq; interprete, tum ex aliis græcorum monumentis compilatam latinam feci, & quid Græcia per Promethei fabuloſam narrationem demonſtrare uoluerit copioſius aperui. Idq; egi poſtulante Iuliano muſto uiro humaniſſimo, & omnium qui ſunt, fuerunt, erunt. Innocentia, bonitate, integritate, & morum facilitate principe.

Iulian⁹ muſtus.

¶ Solerti corde, quia Ioue decepto ſuffuratus eſt ignem mortalibus diſpertiendum, ut Heſiodus cecinit. ¶ Gerens ueſtigia, ſigna. ¶ Extenuata, attrita conſumpta propter ueſtuſtatem. ¶ Veteris, pœnæ quam paſſus eſt in caucaſo, ſicut ipſemet ſubiungit. ¶ Reſtrictus membra, Sinecdoche eſt habens membra reſtricta.

¶ Euerticibus præruptis, ex alto caucaſi montis uertice, in quo religatus fuerat, ut Strabo docet libro undecimo.

¶ Inde, poſt hos ſuperius enumeratos. ¶ Pater diuum, Iupiter.

¶ Sancta cum coniuge, cum iunone.

¶ Natiſq;, et cū oibus filiis e cœlo aduenit ad nuptias celebrādas p̄ter Apollinē tñ et Dianā q̄ nuptias neglexerunt.

¶ Te ſolum Phœbe relinquens, Aeſchilus tamen aliter ſcribens inducit Thetidem pluribus uerbis conquerentem ꝙ Apollo Hymenæum ſuum cecinerit & felicitatem promiſerit.

Aeſchilus a Catullo diſſentit.

¶ Vnigenamq; ſimul cultricem mōtis itoni, Quia litem de pomo exortam inter tres deas Iunonem, Palladem, et Ve-



Vnigenamq; ſimul cultricem montis Ithomi,
Pelea nam tecum pariter ſoror aſpernata eſt.
Nec thetidis tedas uoluit celebrare iugaleis.
Qui poſtquam niueis flexerunt ſedibus artus,
Large multiplici conſtructæ ſunt dape menſæ,
Cum interea infirmo quatientes corpora motu,
Veridicos parcæ cœperunt ædere cantus,

nerem in nuptiis Pelei & Thetidis conſtat, idcirco quidam aſſerunt hoc non poſſe de Pallade intelligi. Sed quemadmodum contra Aeſchili ſentētiam apollinem abfuiſſe dicit Catullus, quid uetat ꝙ ēt Palladā cōtra cæterorum opinionē interfuiſſe diſſimulauerit, Vnigenā uero palladem appellaſſe uidetur, quia illam ſolam ex Iouis cerebro natam fabulantur poetæ, cultricem uero montis ithoni propter cauſam ſuperius declaratam. Lactantius etiam dicit a ſtatio ſic cognominatam ab oppido quod in macedonia eſt ubi antiqua eius ſedes fuit.

Pallas ex Iouis cerebro.

Illud tamen affirmauerim de Diana hoc loco potius intelligi debere, quam unigenam accipiemus, ideſt ſororem Phœbi gemellam, ideſt una genitam, quæ apud ithonum Theſſaliæ mōtem colitur ut Strabo teſtatur, unde ithonia etiam dicitur ut Suidas his uerbis aſſerit ιτωνη και ιτωνια, η αρτεμις & ſubiungit ιτωνις ιτωνιδος χωρα, Ex quo a loco dictam innuit, Alii uero de ipſa quoque Diana intelligētes e montibus Idæ emēdare uoluerunt, quoniam in Creta ubi eſt mons Ida, licet alius eodem nomine fuerit in phrygia potiſſimum cultam eſſe Dianam aſſerunt,

Ithōia

Apollo & Diana cur nuptiis n̄ interſint.

dicit autem nec Phœbum nec Dianam nuptiis interfuiſſe, quia eis puellaris ætas & uirginalis eſt commendata, unde & carmen ſæculare per pueros et uirgines cantabatur, & præterea Diana ſemper dicitur caſta & innupta, & Apollo expers uxoris infenſus eſt coniugio, ut Seruius ait in quarto Æneidos. Phœboq; patrique Liæo.

carmē ſeculare.

¶ Pelea nam tecum, Alloquitur Phœbum cum quo ſimul Diana ſoror dedignata eſt pelea & nuptias thetidis, Tedas iugalas, ideſt nuptias. In nuptiis eni quę faces adhiberi ſolitas ſuperius declarauimus. ¶ Qui, ſcilicet dei. ¶ Flexerunt artus, poſtquā ſederunt, nā qui ſedet membra flectit. ¶ Large, extructis menſis paratum fuit conuiuium et poſitæ epulæ. ¶ Cum interea infirmo, inter epulas introducit parcas nuptiale carmen canentes & fata naſcituri Achillis prædicentes, ſed primo parcarum habitum deſcribit, De parcis uero plura ſtudioſiores legere poterūt apud Heſiodum græcum poetam in Theogonia, qui tres eſſe dicit quorū hæc noia eē narrat, κλωθω λαχεσιν ατροπον. De quibus etiam loquitur. A. Gellius libro quinto cap. decimoſexto, & Lactātius libro ſecundo aduerſus gentiles, & Seruius in bucolicis, & Apuleius in libro de mundo.

Parcæ et earū noia.

¶ Infirmo mota, uel propter ſenectutem uel cantantium geſtū reſpexit cantus, prædiuinatiōes certas, ¶ His corpus tremulum, ordo eſt, Veſtis candida complectens corpus tremulum bis incinxerat, uel intexerat ut alii habent. ¶ Talos, ora purpurea, dicit autem illas habuiſſe ueſtem candidam cum limbo purpureo, nam per ora

*Inſtita et libꝰ* extremam partem ueſtis intelligit, quæ inſtita & limbus dicitur, qui ad talos dimiſſus matronarum pudicarum habitus erat, Vnde Ouid. de arte amandi. Eſte procul uittæ tenues inſigne pudoris.

eadē prius tamen dentibꝰ æq̄ta colligit. ¶ Colum, colus fœminino genere inſtrumentum muliebre eſt ex quo filum deducitur. Ouidius quarto metamorphoſeos. Et colus & fuſus digitis cecidere remiſſis.

His corpus tremulum complectens undiq; ueſtis,
Candida purpurea talos incinxerat ora,
Et roſeo niueæ reſidebant uertice uittæ,
Aeternumq; manus carpebant rite laborem.
Lena colum molli lana retinebat amictam,
Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis
Formabat digitis, tū prono in pollice torquens,
Libratum tereti uerſabat turbine fuſum,
Atq; ita decerpens æquabat ſemper opus dens,
Laneaq; aridulis hærebant morſa labellis,

Quæque tegis medios inſtita longa pedes, et Oratius in ſecundo ſermone. Sunt qui nolit tetigiſſe niſi illas quarum ſubſuta talos tegit inſtita ueſte, Vbi Acron ait, quia matronæ ſtola utuntur demiſſa uſq; ad imos pedes, cuius imam partem ambit inſtita ſubſuta, Inſtita autem eſt tenuiſſima faſciola, quæ prætexta dicitur. Et Nonius Marcellus ait, Limbus ut annotatū inuenimus muliebre ueſtimentum eſt, quod purpuram in imo habet, Sunt qui emendent undique quercus, Quorum ſententiam minime probo.

*Stola matronarū.*

¶ Et roſeo niueæ, & in capite candidas quoque habebant uittas.

¶ Niueæ, albæ. ¶ Roſeo, roſis redolente, Alii legunt, & roſeæ niueo, quod non diſplicet ut dicat roſei coloris uittas in candido capite repoſitas fuiſſe.

¶ Æternum laborem, filum fati quod nunquam uoluere deſinunt.

¶ Rite, ſecundum conſuetudinem ſuam. ¶ Lena colum molli, Graphice admodum poeta filantis mulieris geſtum expreſſit, q̄ ſiniſtra manu, colum tenēs, dextera fila deducit, et torq̄ndo i fuſū,

*Colu*

¶ Deducens fila, Deducere proprie eſt muliebris filum agentis. ¶ Supinis digitis, dū enim mulier linum deducens in filum format, digitos habet ſupinos. ¶ in prono pollice, Pollex craſſior digitus dicitur in manu eo ꝙ plurimum polleat, unde a græcis αντιχειρ dicit quaſi ſit loco ipſius manus. Pronus autem eſt pollex cum mulier fuſum itorquet. Certis enim nominibus ſinguli digiti nominantur & ſunt hæc nomina. Pollex græce αντι-χειρ, Index uel ſalutaris λιχανος, Medius uel famoſus uel impudicus qui a græcis σφακελος ℏ καταπυγων ℏ μεσος, medicus uel annularis qui δακτυλιωτης ℏ επιβατης ℏ παραμεσος dicit, Et minimus uel auricularis. .i. μυωψ ℏ μειων μικρος. ¶ Libratū: pēdulū. ¶ Turbine, reuolutiōe. ¶ Dēs cū quo materiā fili craſſiorē decerpebāt ut ſolēt filātes. ¶ Vt op. i. filū eēt æq̄le ¶ Morſa, ea q̄ mordicus decerpſerāt, labris ihærebāt. ¶ Morſa la. ſubſtātiue morſum iflexit. i. ptē lanæ demorſam. ¶ Aridulis label. ſiccis, deſiccātur. n. labra, dum filum ſaliua irrigant.

*Pollex unde.*

*Digitorum noia.*



¶ QVÆ, mor. a. ¶ Prius fuerant extantia, eminentia. ¶ In leui, iam polito filo. ¶ Calathiſci, a calatho p diminutiuam formam fit calathiſcus. Eſt autem Calathus uas uirgis contextum græce καλαθος i quo ſolent fuſos & pēſa mulieres reponere, lucubralis, uos lanam trahitis calathiſq; peracta referentis uellera. ¶ Virgati, uirgis contexti. ¶ Lanæ candentis, candidæ, Candens enim a candore dictum eſt ut Macrobius libro quinto teſtatur, et per hoc felicia fata indicat, Nam album filum parcarum felicitatē & uitam. Nigrum uero infelicitatem & mortem indicat. ¶ Cuſtodibant, continentes ſeruabant. ¶ Hæ, ſcilicet parcæ. ¶ Pellentes uellera, filantes, Nam quæ filant uellera digitis impellunt. ¶ Voce clariſona, clare ſonanti et magna uoce. ¶ Talia fata, qualia ſequentur. O decus eximium &c.

*Calathiſcus.*

Quæ prius in leui fuerant extantia filo,
Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera, uirgati cuſtodibant calathiſci.
Hæ tum clariſona pellentes uellera uoce,
Talia diuino fuderunt carmine fata,
Crimine, perfidiæ quod poſt nulla arguet ætas.
O decus eximium magnis uirtutibus augens,
E mathiæ columen Peleu clariſſime nato,
Accipe, quod læta tibi pandunt luce ſorores
Veridicum oraclum, ſed uos, quæ fata ſequūtur,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.

*Cādē unde.*

*Parca rū fila*

¶ Carmine perfidiæ, ανχολιπλωσις poteſt eſſe nam arguet perfidiæ plenum eſt, ut cum dicimus furti arguitur, uel crimine perfidiæ legatur, eſt autem ſenſus. Parcas adeo ueridico carmine fata prædixiſſe quod in poſterum falſitatis crimine nunquam argui poterit.

¶ O decus eximium, principium eſt nuptialis carminis, quod parcæ cecinerūt, Eſt autem ordo, O peleu clariſſime nato columen æmathiæ magnis uirtutibus augens eximium decus, accipe oraculum ueridicum, quod ſorores pandūt tibi luce læta. ¶ Clariſſime nato, propter Achillem naſciturum. Parcæ uero res futuras tanq̄ præſentes ſibi habēt ¶ Columen æmathiæ, præſidiū theſaliæ, æmathia enim dicta ē macedonia q̄ eadem dicta eſt theſſalia, ut Iuſtinus inquit a nomine æmathionis regis, cuius prima uirtutis experimenta in locis illis extant.

*æmathia.*

*Accipere dare.*

¶ Accipe, audi, ſicut e cōuerſo dare dicere, Virgilius, ſed tamen iſte deus qui ſit da tityre nobis. ¶ Sorores, Parcæ, ¶ Læta luce, felici die. ¶ Sed uos q̄ fata: cōuertit ad fuſos ſermonem, exhortaturq; ne ab opere ſuo ceſſent, ordo uero eſt talis, Sed uos fuſi ducentes ſubtegmina, q̄ fata ſequūtur currite, in filo. n. parcarum dicuntur fata cōſiſtere, et hic uerſus intercalaris eſt. ¶ Subtegmina. Subtegmen a ſubtexendo dicitur, et id eſt filū quod intra ſtamen currit, ut Seruius lib. iii. ænei. docet, qđ Perſius tramam dixit. Mihi trama figuræ ſit reliqua, aſt illi tremat omento popa uēter. Virg. Et picturatas auri ſubtegmine ueſtes. ¶ Quæ fata. fatum ut inquit Seneca lib. iiii. de beneficiis ſeries eſt implexa cauſarū. Idem in. ii. q̄onum natu. fatum quid intelligis? Exiſtimo neceſſitatem re

*Subtegmen.*

*Fatū.*

rum omnium actionumq; quam nulla uis rumpat, a fando aũt dictum eſt, quia dei id fantur quod ſentiunt nõ ue mali homines, quibus unum in pectore eſt aliud in lingua, Lucanus in. y. Seu quod canit ille, canendo fit fatum. Statius ĩ the. Et uocem fata ſequuntur, fuit aũt ſtoicorum opinio, qui fato fieri omnia dicebant principia ꝑſertim & exitus uitæ, nam media fortuita eſſe ueteres crediderunt, unde inter fatũ & fortunam hoc intereſſe uoluerunt, ut principium et finis uitæ a ui ſiderum pendẽs fatum hominis dicatur, quod aũt in medio accedit, cuius cauſa nobis ignota ſit id fortuna fieri dicatur, Sed de fato id ſequi debemus, quæ beatus Auguſtinus docet libro quinto cap. primo his uerbis, quæ ſi propterea quiſq; fato tribuit, uia ipſam dei uoluntatem uel poteſtatem fati nomine appellat, ſententiam teneat, linguã corrigat, de fato plura Cicero in fragmento de fato,

Stoicorũ opio

Fatũ et fortuna.

¶ A Dueniet tibi, ſuperius docuimus non prius licitum fuiſſe ſponſo cũ ſponſa cubare, q̃ heſperus adueniſſet, dicit ergo heſ-

Aduenie tibi iam portans optata maritis
Heſperus, adueniet fauſto cum ſidere coniunx,
Quæ tibi flexo animo mentis ꝑfundat amorẽ:
Languiduloſq; paret tecum cõiungere ſomnos
Leuia ſubſternens robuſto brachia collo,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Nulla domus tales unquam contexit amores,
Nullus amor tali cõiunxit fœdere amãteis,
Qualis adeſt Thetidi, qualis concordia Pelei,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Naſcetur nobis expers terroris Achilles,

clinato, uidi codicem ĩ quo legitur flexanimũ, & amorem flexanimũ appellabit animũ flectentẽ iuxta illud Pacuuii. Quod et

Flexanim' amor.

per⁹ q ſolet res optatas maritis afferr̃ oĩbus tũc ꝑcipue i tui gratiã ueniet et aduentum uxoris in thalamum afferet. ¶ Portãs optata, quæ diu deſiderata uouis nuptis fuerunt facultatem coeundi uidelicet. ¶ Fauſto cum ſidere, felici & fauente ſiderum curſu, & hoc quoq; ſecũdum opinionem de qua paulo ante, quæ tamen eſt cõtra ueritatem ut docet beatus Auguſtinus lib. y. cum unius cuiuſq; ſit liberum arbitriũ, Quod ſic intelligẽdum eſt corpora inferiora a ſuperioribus gubernari, Sed animũ quæ dignioris ſubſtantiæ eſt non eſſe corporibus ſiderum ſubditam, unde illud eſt Lucretii, ſapiens dominabitur aſtris. ¶ Quæ tibi flexo animo, in uota tua i-

Aia ſiderib⁹ nõ ſubiicitur

Varro de lingua latina et Cicero in primo de diuinatione aſſerũt, qualis eſt illa flexanima tanq̃; lymphata ut baccha ſacris cõmota. ¶ Amorem mentis, ſuæ. ſ. ¶ Languiduloſq; paret, Et quæ apparet tecum una dormire. Lãguidulos autem intelligit ſomnos quales coniugum uel amatorum eſſe ſolent, qui multis luſibus defatigati deniq; iam languidi facti collo brachia ſubſternẽtes dormiũt. ¶ Subſternens, ſupponens. ¶ Læuia brachia, pollita et nitida. ¶ Tales amores, adeo felices. ¶ Contexit, pro contexuit. i. cõiunxit, Virg. Cũ iam trabibus contextus acernis ſtaret equus. ¶ Tali fœdere. q. d. tam firma & ſtabili fide. ¶ Naſcetur nobis, naſciturum achillem



& fortiſſimum & uelociſſimum prædicũt parcæ. ¶ Expers terroris, impauidus magnanimus qui ſic appellatus fuit, eo ꝙ breuem uitam cum gloria q̃; ſine gloria longiſſimã maluit Ioue matri Thetidi hoc proponente ut Homerus ἐν τῷ ἰλιάδος ſcripſit, unde in principio Achilleidos dixit Statius, magnanimum æacidem.

Achilles magnanimus.

¶ HOſtibus haud tergo, hæc ẽ maxima uiri fortis cõmendatio qui pectore & non tergo ſit hoſtibus not⁹, hoc n. ẽ idiciũ ipm nũq̃; fugiſſe.

Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus:
Qui per ſæpe uago uictor certamine curſus,
Flammea præuertet celeris ueſtigia ceruæ.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Non illi quiſquam bello ſe conferet heros,
Cum phrygii teucro manabunt ſanguine riui.
Troicaq; obſidens longinquo mœnia bello
Periuri Pelopis uaſtabit tertius hæres.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Illius egregias uirtutes, claraq; facta
Sæpe fatebuntur gnatorum in funere matres,
Cum in cinerem canos ſoluẽt a uertice crines,

¶ Periuri Pelopis pelopem periurũ appellauit, quia Mirtilo aurigæ fidem non ſeruauit. Sed ĩ mare illum ꝑcipitauit, q ẽ ab ei⁹ noie Mirtoũ dictum fuit, ut in fabulis apud Ouid. habemus & apud Diodorum in fine quinti lib.

Pelops ꝑfidus

¶ Qui pſæ. ua. ẽt Hõe. Achillem tãq̃; uelociſſimũ laudauit. ¶ Præuerteret, anteueniret, Virg. Volucremq; fuga præuertitur hebrum. ¶ Veſtigia flãmea, pedes ueloces, nihil eni eſt igne uelocius. ¶ Ceruæ, cerui enim naturaliter ſunt uelociſſimi. ¶ Non illi quiſq;, anteponit achillem omnibus ad troianũ bellum profecturis. ¶ Cũ phrygii teucro, cum flumina troiana troianorũ ſanguine replebuntur, fluuii autẽ troiani ſunt Xanthus & Simois. ¶ Lõginquo bello, ut puta decẽnali, Longinquũ enim ad tempus refertur, & ſi alias ad locũ. Seruius Sulpitius in epiſtola ad Ciceronem. Nullus eſt tantus dolor, quem non longinquitas temporis minuat ac molliat, & Propertius lib. primo. Multi lõginquo periere in amore libenter, in quorum numero me quoq; terra tegat.

Lõginquus.

¶ Tertius heres Pelopis, Agamemnon ex Atreo Pelopis filio genitus, ſic Tertius ab illo, fuit autem Agamẽnon dux in exercitu græcorum ut notiſſimũ eſt.

¶ Illius egregias hoc quoq; achillis fortitudinem ĩdicat, quia cum matres filios ab illo interfectos deplorabunt, illius fortitudinẽ fateri cogentur. ¶ Sæpe fatebuntur, quia multos ipſe interficiet. ¶ Cum ſoluent crines, cum filios mœſtæ deflebunt, ſolebant nãq; in funere crines abſcindere, & ſupra rogum proicere, cuius conſuetudinis nõ ignarus Homerus lib. xxiii. Iliados Achillem introducit, Quam comam ſperchio fluuio dedicauerat, in patrocli funere ſeciſſe, quæ res ad fletum omnes prouocauit, Sic enim inquit ϛὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην. i. ſtans ſeorſum a Pyrrha flauã incidit comam, τήν ῥα σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν. i. quã ſperchio flumini nutriebat, longe pubeſcentem. Dictis etiam Cretenſis lib. quarto de bello Troiano Neoptolemũ ab achillis tumulum conſuetudinem hanc ſer-

Mos crinis abſcindẽdi ĩ funere

uaſſe cõmemorat ſic ſcribens, poſtquam in auctorem paternæ cædis uindicatum eſt, initium lugendi ſumit, & una cum phœnice & omni mirmidonum exercitu comas ſepulchro deponit, hinc etiam Propertius libro primo, Illa meo caros donaſſet funere crines, & Oui. li. iii. Cũ Nereides Narciſſum ſepeliũt ſic inquit et ſectos fratri ipoſuere capillos. ¶ Soluẽt canos, capillos canos. ¶ In cinerẽ rogi, uidelicet qa antiquioribus mos fuit cremandi cadauera, uerũ eſt ꝙ mos hic apud Romanos nõ fuit ueteris inſtituti, at poſtq̃ lõginquis bellis obrutos erui cognitum eſt. tunc inſtitutum fuit, & nemo ante Syllam crematus traditur, idq; eum noluiſſe ueritum talionem ab eruto. C. Marii cadauere, a uertice a capite.

Mos cremãdi cadauera. Sylla prim⁹ crematus apud Rom. uibiceſ

Putridaq; infirmis uariabunt pectora palmis.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Nanq; uelut denſas proſternens meſſor ariſtas.
Sole ſub ardenti flauentia demetit arua,
Troiugenum infeſto proſternet corpora ferro:
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Teſtis erit magnis uirtutibus unda ſcamandri,
Quæ paſſim rapido diffunditur Helleſponto,
Cuius iter cæſis anguſtans corporum aceruis,
Alta tepefaciet permixta flumina cæde.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Deniq; teſtis erit morti quoq; reddita præda,
Cum terræ excelſo coaceruatum aggere buſtũ:

¶ VAriabunt, pcutiẽdo uaria reddent ex uerberum maculis quas uibices appellamus, eo ꝙ ui fiãt. ¶ Pectora putride, uel tã ꝙ anilia uel mœrore cõfecta, et hoc quoq; moris erat in mœrore pectora ptũdere. ¶ Nã ꝙ uelut denſas, Ab agricultura ꝑ cõparationem, troianorũ numerum quos interfecturus eſt Achilles exponit. Flauẽtia aũt ꝓpter frumẽta iam matura, quæ flaui ſunt coloris, Teſtis erit Scamãdrũ achilleæ uirtutis teſtem futurũ dicunt parcæ, quaſi ſit replendus cadaueribus troianorũ ab Achille occidẽdorum, Scamander aũt fluuius eſt regionis troianorum ex quodã Idæ colle ortum trahens & in Helleſpõtum deniq; terminans de quo Strab. li. xiii. Et Pli. lib. v. ca. xxx. ¶ Quæ diffunditur helleſpõto, In helleſponto enim terminatur Scamander, Helleſpõtum aũt mare eſt anguſtum ab helle dictum, quæ in illud decidit cum una cum Phrixo in colchicã regionem tranſfretaret, de cuius anguſtiis legito Plinium lib. v. c. xiii. & Strabonẽ lib. ii. & Solinum cap. x. et propter anguſtias rapidum appellauit. ¶ Cuius iter, Cuius Scamandri fluxũ ¶ Anguſtans, anguſtum reddens achilles. ¶ Cæſis corporum aceruis, hippallage eſt. i. cæſorũ corporum cumulis. ¶ Tepefaciet flumina, Syllabam breuẽ in tepefacio licentia poetica produxit, ideoq; ſi per geminum ff ſcribamus, nõ erit abſurdum, licet alii indifferentẽ illam uelint. Quod nullibi q; meminerim reperi. ¶ Morti quoq; reddita præda, Achilli mortuo data Polixena quaſi ps ꝑdæ ei debita, Nã cum polixena Neoptolemo Achillis filio capta iã Troia, i ꝑdæ diuiſione obueniſſet, illam ad patris tumulum mactauit, ſicuti in ſequentibus declarat. ¶ Cum terræ, ſic legendum eſt non terres, et eſt ordo, cum buſtum, ideſt

Scamãder.

Helleſpõtũ.



ideſt locus cremati cadaueris, ſed pro rogo poſuiſſe uidetur. ¶ Coaceruatũ, cumulatũ excelſo aggere terræ excipiet. ¶ ARtus niueos, Candida membra. ¶ Virginis percuſſæ, Polixenæ a pyrrho interfectæ. ¶ Nam ſimul ac, poſtquã græci troiam cœperint. ¶ Feſſis, longo bello defatigatis. ¶ Soluere uincla neptunia diruere compagẽ Troianorum mœnium, quæ a Neptunno ædificata fuerant. ¶ Alta ſepulchra, Achillis ſepulchrum, quod in Sygæo ꝓmontorio Troiano erat extructum, ideo alta dixit, niſi forte ſepulchri magnitudinem reſpiciat. ¶ Cœde polyxenia, ſanguine polixenæ interfectæ. ¶ Quæ uelut uictima, nam uelut iloco uictimæ mactata fuit polixena. ¶ Succumbens, hoc de Euripide ſumptum eſt, qui ait, ipſam ſponte ſuccubuiſſe, nec noluiſſe a Pyrrho tangi. ¶ Proiiciet corpus, ſi porriciet legerimus forte non abſurdũ quia ex diſciplina aruſpicum & ex ꝓcepto pontificum, uerbum hoc ſolenne ſacrificantibus docet Macrobius libro tertio Saturnalium, ubi etiam apud Virgilium extaq; ſalſos Porriciam in fluctus non proiciam legendũ admonet. ¶ Trũcum, truncatum abſciſſo capite. ¶ Submiſſo poplite, inclinato genu. ¶ Quare agite, concluſio eſt hymenæi in qua nouos nuptos ad amores cõiungẽdos parcæ exhortant̃. ¶ Coniunx, peleus, & notandum eſt ꝙ nomen iſtud ſine n, littera coniux quidam proferri uolunt, ut Priſcian⁹ in libro de accẽtibus notauit, ꝙ in genitiuo et in aliis caſibus candem litteram amittit. ¶ Accipiat diuam, Thetidem. ¶ Felici fœdere, felici coniunctione et fide, ¶ Dedatur cupido iãdudum ideſt ſtatim Virg. Iãdudum ſumite pœnas uel iamdudum cupido ut longum tempus reſpiciat. ¶ Dedatur, in mariti poteſtatem & manus concedatur.
¶ Non illam nutrix orienti, Poeta & honeſte & docte rem obſcenam dixit. Senſus enim eſt q̃ puella nocte hac uitiabitur, quod ex conſuetudine antiqua explicat dicens q̃ nutrix non circũligabit ei amplius laneam zonam pudiciciæ, de qua in ſecũdo epigrãmate ſuperius diximus, Ordo uero talis eſt, nutrix reuiſens puellam, ſ. luce orienti. i. primo mane nõ poterit circũdare illam externo filo collum, & ſic collum erit genitiui caſus a nominatiuo colus quã

Excipiet niueos perculſæ uirginis artus,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Nam ſimulac feſſis dederit fors copiã achiuis,
Vrbis dardaniæ neptunia ſoluere uincla,
Alta polixenia madefient cæde ſepulchra,
Quæ uelut ancipiti ſuccubens uictima ferro.
Proiiciet truncum ſubmiſſo poplite corpus.
Currite ducentes ſubtegmina. currite fuſi.
Quare agite optatos animi coniungite amores.
Accipiat cõiunx fœlici fœdere diuam,
Dedatur cupido iam dudum nupta marito.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Non illam nutrix orienti luce reuiſens
Heſterno collum poterit circundare filo,
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.

Cõiux

Achillis ſepulchrũ.

Porricere.

Iãdudum.

do mulicbre inſtrumentum ſignificat. ¶ Heſterno filo, quo heri ligauerat, quia hac nocte diſſoluta fuerit zona ipſa. Alii tamen collum per geminatum .ll. legunt aſſerentes uirginibus primo coitu groſſius collum fieri, & ſic erit ſenſus ꝙ nutrix luce orienti illam reuiſens non poterit collum illius circundare filo heſterno.i.eodem filo quo die ꝓcedenti anteꝗ̃ cum marito coiret, Circundarat, ut uideret an groſſius collum factum eſset, Non deſunt qui hoc ad lanam & ad penſa, ꝗ nutrices filanda afferunt, referenda exiſtiment. Sed eorum opinionem nec reicio nec recipio, ita tamen ut priores ſim probaturus.

Collũ groſſi⁹ i coitu

¶ ANxia nec mater, Adeo firma erit inter coniuges iſtos coniũctio ꝙ nulla unquã eſt futura inter ipſos diſſenſio,

Anxia nec mater diſcordis mœſta puellæ
Secubitu, caros mittet ſperare nepotes.
Currite ducentes ſubtegmina, currite fuſi.
Talia præfantes quondam felicia pelei
Carmina, diuino cecinerunt pectore parcæ.
Præſentes nanq; ante domos inuiſere caſtas
Sæpius, & ſe ſe mortali oſtendere cœtu,
Celicolæ nondum ſpreta pietate ſolebant.
Sæpe pater diuum templo ĩfulgente reuiſens,
Annua dum feſtis ueniſſent ſacra diebus.
Conſpexit terra centum procurrere currus.

& ipſæ nuptiis interfuerãt Et ne hoc abſurdũ uideatur ꝙ dei pſentes cũ hominib⁹ uerſarent digreſſiũculam facit in qua

Deis cũ hominib⁹ uerſabant[ur]

ita ut ſeorſum cubare cogãtur, et ſic deſcendentium deſperatio ſequeret. ¶ Secubitu, ꝓpter ſeparatiõem a marito ut ſeorſum cubet. ¶ Diſcordis, a coniuge diſſentiẽtis. ¶ Mittet, omittet ratione carminis ꝓpoſitionẽ detraxit. ¶ Sperate caros nepotes, ꝗ ex ſecubitu nõ ãpli⁹ naſcerẽtur, nã cum cõiugii finis ſit liberorũ ꝓcreatio, ſicut & alibi diximus, hoc inferre uoluerunt parcæ, coniuges iſtos genus ſuũ ꝓpagaturos, ordo uero eſt Thetidis mater nec anxia et mœſta ſecubitu puellæ.i.filiæ diſcordis a marito.ſ.mittet.i.deſinet ſperare caros nepotes. ¶ Talia pfantes, Concludit igitur hæc fuiſſe carmina et pdictiones a parcis olim uaticinatas, et eſt ordo, parcæ pſentes, pfantes talia, quõdã diuino pectore, cecinerũt felicia carmina pelei.i. carminibus futurã peleo felicitatem uaticinatæ fuerũt. ¶ Parcæ pſentes, quæ id olim uſitatum fuiſſe cælicolis oſtendit, poſſumus etiam præſentes ſequentibus iũgere ut ſit, Cœlicolæ ſolebant pſentes inuiſere &c. ¶ Spreta pietate, ab hoibus.ſ. ¶ Namq; ante, & antea hoc eſt antiquo tẽpore quãdo nõdum in terris pietas ſpernebat. ¶ Sæpe pater diuum, Deos enumerat, & primo Iouẽ ꝗ olim cũ mortalibus uerſabant. ¶ Pater diuum, Iupiter. ¶ Reuiſens, homines uidelicet. ¶ Annua dũ ſacris, Aliꝗ hoc loco de olympico certamine intelligẽdum exiſtimant, quos minime ſequẽdos arbitror, Nã olympicũ certamen ꝗnto quoq; anno quatuor in medio expletis celebrabatur, ut Euſebius ĩ lib. de tẽporibus his uerbis teſtatur, Elii agunt ꝗnquẽnale certamẽ quatuor annis ĩ medio expletis ꝗbus principes annui cõſtituũtur quatuor, Solinus ca.ii. ubi de tẽporibus urbis cõditæ agit, olympiadem

Olympicum certamen.



¶ Noctibus in lõgis, utpote q̃ ſunt hiemali tempore. Ratio enim hemiſpherii hoc facit, ut æſtate lõgiores ſint dies & noctes breuiores, hieme uero noctes longiores breuioribus diebus ſuccedant, quãto enim magis polus mũdi eleuatur ſupra orizontem, tanto maiores ſunt dies æſtatis quãdo ſol eſt i ſignis ſeptẽtrionalibus, ſed ecõuerſo contingit, quãdo eſt in ſignis auſtralibus, Tanto enim minores efficiuntur dies noctibus ita ꝙ in oĩbus circulis qui ſunt ab equinoctiali uſq; ad tropicũ cãcri et in ipſo tropico cancri maior eſt arcus diei ꝙ noctis.i. arcus ſupra orizõtem ꝙ ſub orizonte, unde in toto tẽpore quo ſol mouetur a principio arietis per cancrũ uſq; in finem uirginis maiores efficiũtur dies noctibus & tãto plus quãto magis accedit ſol ad cancrũ. Vnde cum ſol eſt in tropico cancri qđ contingit idibus Iunii dies Maximus eſt, & nox minima ꝙ in toto ãno eſſe poſſit, In omnibus uero aliis circulis qui ſunt inter æquinoctialem et tropicum capriconi Maior eſt arcus ſub orizonte & minor ſupra, unde arcus diei minor eſt ꝙ arcus noctis, Et ſecundum proportiones arcuum dies noctibus minores efficiuntur. Et quanto circuli ſunt propinquiores tropico hiemali, tanto minores efficiuntur dies, Vnde fit, ut ſole in tropico capricorni morante quod contingit idibus decembris, Nox ſit maxima dies uero minimus ꝙ poſſit eſſe in toto anno cui quanto dies magis ꝓpinqua eſt, tanto noctem habet lõgiorem. ¶ Auidum amorem, laodomiæ.ſ. in maritũ. ¶ Poſſet ut abrupto, qa ſi amorem ſaciaſſet, facilius poſtea mariti mortem tolerare potuiſſet, Cuius abrupto coniugio ſe uiuere poſſe quodammodo deſperabat. ¶ Quod ſcibant parcæ.ſ. abrũpendum eſſe cõiugium, fatatum nãq; erat ut qui primus græcorũ in terram troianorum deſcendiſſet, occideretur, qđ proteſilao contigit, unde Ouidius, Hectorea primus fataliter haſta ꝓteſilae cadis, Eſto dyctis

Dies lõgiores i æſtate noctes uero i hyeme



dyctis cretenſis referat ipſum æneæ telo occubuiſſe, Alexander contra perſas proficiſcens ad eleuntem proteſilao ſacrificauit, quoniam is primus græcorum ad littus barbarorum appuliſſet, ut Arianus meminit in primo de geſtis Alexandri. ¶ Si miles, ſi ipſe proteſilaus miles iuiſſet ad Troiam, uel ſit ſingularis pro pluuali.i. ſi milites iuiſſent ad Troiam expugnandam.

¶ NAM tum helenæ, ex Nimio dolore poeta modo hãc modo illã attigit materiã, Ecuaſis ẽ igitur poetis ea qua oñdit cur ꝓteſilaꝰ ad Troiã iturus eſſet, qa.ſ. propter raptã helenã principes græciæ ad uindictã cõueniebãt, Nã ut Iſocrates ſcribit in oratione de laudibus helenæ, Anteꝗ̃ nuberet illa menelao, oẽs græciæ principes exiſtimãtes ob formæ pulchritudinẽ, eã aliqñ rapi debere, cõi cõſenſu iurarũt, Cuiuſcũq; foret uxor ſi raperet oẽs ad ultionẽ ↄuẽturos.

Nam tum Helenæ raptu primores argiuorum
Cœperat ad ſe ſe Troia ciere uiros.
Troia nefas, cõmune ſepulchrũ Europæ, Aſiæq;,
Troia uirum, & uirtutũ omniũ acerba cinis.
Quæq;, & noſtro lætum miſerabile fratri
Attulit, hei miſero frater adempte mihi,
Hei miſero fratri iucundum lumen ademptũ,
Tecum una tota eſt noſtra ſepulta domus,
Omnia tecum una perierunt gaudia noſtra,
Quæ tuus in uita dulcis alebat amor.
Quem nunc tam longe non inter nota ſepulchra,
Nec prope cognatos compoſitum cineres,
Sed Troia obſcœna, Troia infœlice ſepulchrum
Detinet, a noſtro terra aliena ſolo,
Ad quam tum ꝓperãs fertur ſimul undiq; pubes
Græca penetraleis deſeruiſſe focos.
Ne Paris abducta gauiſus libera mœcha:
Ocia pacato degeret in thalamo.

mortẽ et fratri attulit noſtro, de q̃ ſupius dictũ fuit, Sed nimio dolore pcitus, cum troiæ meminerit, nõ potuit ſe cõtinere, qn de fratris q̃ ꝙ morte, q in agro troião perierat aliqd diceret

¶ Troiane, grauiter ob fratrẽ iterfectũ cõtra Troiã inuehit, ordo uero eſt, troia cõe ſepulchrũ aſiæ Europæq;, Troia acerba cinis uirũ ꝑ uiroꝝ et uirtutũ. nephas uero exclamatio ẽ ꝑ parẽtheſim ĩterpoſita ¶ Virtutũ, qa multi uiri fortiſſimi apđ illã periere, Virtus nãq; pro fortitudie ſumitur, Terẽ. Militum uirtutẽ noram. ¶ Aſiæ, ꝓpter Troianos. ¶ Europæ, ꝓpter græcos. ¶ Quæq;, & quæ troia per digreſſiunculã qua utitur iterponẽdo ẽt uerſus eoſdem quos in principio ꝓtulerat. ¶ Quæq;, alii legũt. Quæ uæ ut uæ iteriectio ſit cõmiſeratis. ¶ Quẽ nũc tam lõge, ordo ẽ, quẽ nũc terra aliena noſtro ſolo detinet tã lõge cõpoſitum inter nota, ſepulchra, nec ꝓpe cognatos cineres, ſed Troia obſcena, Troia ĩfelice ſepultum. ¶ A noſtro ſolo, a noſtra patria, alii extremo legunt.i. lõge hinc remoto. ¶ Troia ĩfelice, ꝑ infelici. Alii uero ſic legunt, Sed Troia obſcena. Troia infelice ſepulchrum detinet, ut ſit appoſitio, quã minime fieri poſſe hoc loco exiſtimo, ĩfelice nãq; repugnat. ¶ Ad quã tum ꝓperãs, ad quã.ſ. Troiã omiſſa.ſ. fratris lamẽtatione, ad primã narratio

Væ.

nẽ cõuenientium principum græciæ reuertitur ¶ Simul undiq; pubes græca, Dyctis lib. primo enumerat oẽs duces græcoꝝ q ad Troiã uenerunt. ¶ Penetrales focos, domos ſuas, Penetralia .n. dicuntur partes interiores domus, unde & penetrale ſacrificium dicebatur qđ in interiore parte domus fiebat, forte etiã per penetrales focos. Sacrificium intelligit, Nã græci quẽadmodum dyctis refert; poſtq̃ iurevrãdo per religionẽ inimicitias cõtra priamum cõfirmarunt, pure lauteq; Martẽ & cõcordiam multis imolationibus hoſpitauere, Alii tamen penetralis deos habẽt ſenſu clariſſimo, ideſt penates ſuos.

Penetralia.

Quo tibi tum caſu pulcherrima laodamia
Ereptum eſt uita dulcius, atq; anima
Coniugium, tanto te abſorbens uortice amoris,
Aeſtus in abruptum detulerat barathrum,
Quale ferunt graii peneum prope cyllenæum,
Siccari emulſa pingue palude ſolum.
Quod quondam cæſis montis fodiſſe medullis
Auſus falſiparens amphitrioniades,
Tempore quo certa ſtymphalia monſtra ſagitta
Perculit, imperio deterioris heri,
Pluribus ut cœli tereretur ianua diuis,

¶ QVO tibi tũ caſu, q̃ fortuna belli troiani tu quoque o laodomia uirũ amiſiſti. ¶ Tãto te abſorbẽs, q̃a dixerat dulcius aĩa cõiugiũ, per acclamationẽ .i. epiphonema, ſubiungit tãta erat profunditas amoris tui, quã Barathrum uocat, & eius profunditatẽ cõparat ꝓfunditati paludis, quæ erat ad tẽpe unđ exit peneus poſtq̃ ſiccata fuit palus, patefacta aq̃s uia per herculẽ eo tpe quo iuit ad ſtimphalidas aues iuſſu euriſthei iterficiẽdas, Vt ex hoc in hoies beneficio quẽadmodum & ex reliq̃s pateret ſibi ianua cœli, in quo iunoni cõciliatus hebẽ eius filiã habuit in uxorẽ. ¶ Detulerat ĩ barathrũ, Barathrum apud athenienſes locus obſcurus erat et ꝓfundus ĩ quẽ Noxioꝝ cadauera deiiciebãtur βαρυς grauis et ἀθρέω aſpicio, inde ad altitudinẽ ꝓfundã traducitur, ut ad locum infernum ſæpe. ¶ Quale ferũt graii, ordo quale ſolum pigue ferunt graii ſiccari. ¶ Emulſa palude .i. ſiccata ab emulgeo. ¶ Peneum ꝓpe cilleneũ, Sic .n. Strab. li. viii. dit. In medio chelonatæ ac Cyllene ſpatio peneus effũditur. Nã et peneus ĩ arcadia fuit. Peneum uero Syndalœphe eſt ſicut Rege ſub euriſtheo et phœton ꝓ phaeton, & erit ſpõdeus in qnta ſede, Alii legunt peneum ꝓpter amœnũ, ut clarior ſit ſenſus, De amœnitate uero circa peneum theſſaliæ fluuium loq̃tur Plin. li. iiii. ca. viii. Nec illud debet nos mouere, Si peneum ꝓpe cilleneũ legerimus, q̃ hercules in theſſalia & nõ in arcadia paludẽ ſiccauerit, ut Diod. li. v. Teſtatur, Moris ẽ nãq; poetaꝝ epitheta mutare, & quod unius loci eſt, alteri tribuere, Vt in multis locis Seruius teſtatur. ¶ Amphitrioniades falſiparẽs, Hercules iouis filius, Sed amphitriõis creditus, uti in fabulis habemus. Maxime apud Plau. in pria. ¶ Cœſis medullis mõtis, hercules nãq; oſſa ab olympo ſeparauit, et ſic exitum dedit aq̃s, Vnde Luca. Poſtq̃ diſceſſit olympo herculea grauis oſſa manu ſubitæq; ruinãt ſenſit aquæ næreus, metaphorice igit̃ cæſis medullis Dixit .i. mo

Baratbrum

Peneus fluuius

Epi… ram… tari… poeti…

Me… le… tis





dia parte mõtis. ¶ Tẽpore quo certa ſtymphalia mõſtra, hoc inqt egit hercules q̃do iuſſu euriſthei ad ſtymphalidas aues interficiendas in arcadiam ꝓfectus fuit. ¶ Stymphalia mõſtra, aues quæ circa paludẽ arcadiæ uerſabãtur, quæ ſtymphalis dr̃, & fructus uaſtabãt. ¶ Certa ſagitta, Diod. li. v. dicit tabula ænea repercuſſa aues ad fugã cõpulſas. Sed Catullus poetas ſequutus ſagittis interfectas aſſerit. Strab. nãq; li. viii. dicit ſtymphalidas aues ab hercule ſagittis et tympanis fugatas, poetas finxiſſe, Certa uero dr̃ ſagitta quæ locũ fecit deſtinatũ, Sic & certa manus ſagittãtis dr̃. ¶ Imperio heri deterioris, iuſſu euriſthei, q hercuili labores et domãda mõſtra ꝓponebat, iperabatq; licet fortitudine herculi iferior eſſet, ſic agẽte iunone. ¶ Pluribus ut cœli, Ideo paruit Euriſtheo, ut ipſe quoq; fieret ex laboribus deus. Et maritus hebes.

Stymphalis

Stymphalides aues ab hercule fugate.

Certa ſagitta

Hebe nec lõga uirginitate foret.
Sed tuus altus amor barathro fuit altior illo,
Qui te non domitum ferre iugum docuit.
Nam neque tam carum confecto ætate parenti,
Vna caput ſeri nata nepotis alit,
Qui tũ diuitiis uix tandem inuentus auitis,
Nomen teſtatas intulit in tabulas,
Impia deriſi gentilis gaudia tollens,
Suſcitat & cano uulturium capiti.
Nec tantum niueo gauiſa eſt ulla columbo
Comparſeu q multo dicitur improbius
Oſcula mordenti ſemper decerpere roſtro,
Quantum præcipue multiuola eſt mulier,
Sed tu horum magnos uiciſti ſola furores,

Hebe herculi nupſit

¶ HEbe nec lõga, hebe filia iunõis iuuentutis dea herculi iã deificato, et iunoni recõciliato nupſit, ut Diodo. teſtatur. Et ſic nõ diu uirginitatẽ ſeruauit. ¶ Sed tu alt⁹ amor. ſed amor tuus q te in ꝓfundũ et abruptũ barathrũ detulerat fuit ꝓfundior barathro illo paludis ad peneũ q qdẽ amor docuit te ferre iugũ nõ domitũ .q.d. Tu eras idomito amori in maritũ ſubiugata. ¶ Qui te nõ domitũ, Alii ſic legẽtes hunc uerſum qđ diuũ dñm ferre iugum docuit, ad herculis amorẽ i ſolẽ puellã referunt Sed malo uetuſtiorẽ ſeq lectionẽ. Cui⁹ ſenſus melius ꝓcedere uidet̃. ¶ Nã neq; tã caꝝ, ad explicãdũ icredibilẽ laodomiæ amorẽ ĩ maritũ duas ſubiungit cõparatiões, Cuius priæ ſenſus eſt. Nõ eſt tãtus amor ſenis diuitis & carẽtis hæredem ineptẽ ſibi natũ ex filia quẽ poſſit hæredem, expulſo captatore iſtituer̃, q̃tus erat tuus o laodomia in maritum apđ iuris peritos hẽtur. Bona aui & parẽtis hæreditario iure nepoti deberi Virgilio teſte, Ordo dt̃ talis eſt. Nã neq; ulla nata alit tam caꝝ caput ſeri nepotis parẽti cõfecto ætate q cum uix tandem inuẽtus auitis diuitiis tollẽs gaudia, impia deriſi gẽtilis ĩtulit nomẽ in tabulas teſtatas, ſuſcitat uulturiũ a capite cano. ¶ Tã caꝝ .ſ. q̃s erat maritus laodomiæ ¶ Seri ne. Tarde geniti. ſic ẽt Hom. uocat τηλυγετον και τηλυγετει .i. ſero natũ et ĩ ultia ætate p̃ris qñ iã hæredẽ deſperabat. Sic Virg. de pallãte, Mea ſera et magna uoluptas. ¶ Cõfecto æta. ſeni. ¶ Qui, nepos. ¶ Vix tã. iuẽ. uix; cum difficultate. ¶ Tãdẽ, poſt lõgum

τηλυγετον.

tēpus. ¶ Iuuentus auitis diuitiis, inuectus ꝗ antiquas et auitas aſſequatur diuitias ¶ Tollēs, remouens. ¶ Impia gaudia, qui gauiſurus erat ob mortē ſenis cuius hæ reditati inhiabat, ideo ipia. ¶ Gentilis deriſi, decepti, ꝗa ꝑter ſpē ſuā iuuentus eſt

gētiles hæres, Gētiles uero dicūtur ꝗ ſunt eiuſdē familiæ, Et eodē noie appellantur, hinc Ouidius de fabiis. Sumūt gētiles arma ꝓfeſſa manus, Gētilis ergo affinis ꝗ hære ditatē ſperabat. ¶ Intulit nomē, dedit nomē notādum. ¶ In tabulas teſtatas, in teſtamētum periphraſticos. ¶ Suſcitat, expellit. ¶ A cano capite, a ſene. ¶ Vul

uultur turiū, Vulturē, Plau. in curcul. iacit uulturios q̄tuor, captatorē aūt uocat uultu

uultu rē, ꝗ ſicut uultur ſeq̄tur cadauer, ita captator ſenis orbi mortē expectat, Alii le

rius. gunt, Suſcitat & cano uulturium capiti, tāq̄ꝫ bonū omen innuere uoluerit, ex Romuli uulturibꝰ, de ꝗbꝰ. T. L. li. i. Sed ꝑor et lectio et ſēſus mihi magis plꝫ. ¶ Nec tm̄ ni. Alia eſt cōparatio quæ talis eſt, Nec tātus eſt amor colūbæ, in colūbum quā

Romu tus amor tuus in ꝓteſilaū. ¶ Vlla cōpar, ulla colūba columbo cōiuncta. ¶ Qui

li uul mul. di. īpro. ꝗ colūbus multo iprobius. i. inſaturabiliter decerpit oſcula roſtro q̄ꝫ

tures. mulier q̄ ꝑcipue eſt multiuola. i. multa oſcula uolēs, Et ſic catullus innuere uidet, maiorē eſſe ardorē mulieꝝ, q̄ꝫ cæteraꝝ aīantium, uel multiuola. i. multiplicis uoluntatis, Aliter ſi de colūba intellexerimus. Mulier ꝓ fœmina noue dictum erit, Vt dicat q̄ꝫ mulier. i. ꝑ colūba, Alii codices hn̄t ſeu ꝗcꝗd dr̄ iprobius oſcula mor

Mulier ꝓ fe dēti ſemꝑ decerpere roſtro, q̄ꝫtū ꝑcipue multiuola eſt mulier. Et ſic erit ordo, Nec

mina tātum ulla cōpar eſt gauiſa niueo columbo, ſiue ꝗcꝗd dr̄ īprobius ſemꝑ decerpere

noue. oſcula roſtro mordēti ꝑcipue q̄ꝫtū multiuola eſt mulier ſed priorē lectionē magis ꝓbo. ¶ Sed tu horum, cōparationes adaptat & ſermonē ad laodom id cōuertit, o laodomia tu ſuperaſti furores horum. ſ. aui ſenis & columbæ & columbi. ¶ Tunc cōtulit ſe in noſtrum gremium.

¶ VT ſemel es conciliata. cōiuncta.

Flauus capillꝰ ¶ Viro flauo, ꝓteſilao, uel ꝗ

> Vt ſemel es flauo conciliata uiro,
> Aut nihil aut paulo cui tu concedere digna,
> Lux mea ſe noſtrum contulit in gremium,
> Quam circuncurſans huc illuc ſæpe Cupido,
> Fulgebat crocina candidus in tunica.

¶ Quam circ. phātaſia eſt

crinē flauum hēret, ꝗ cōmēdabat, unde Ouidi. ii. faſto. Forma placet niueuſq̄ꝫ color, flauiq̄ꝫ capilli. Vel flauum pro albicante poſitum acceperimus, ꝗa ꝓteſilaus ut Dares ſcribit Phrygiꝰ, Corpore fuit candido uultuq̄ꝫ honeſto. ¶ Aut nihil aut pau. poſt excurſionem tādem redit ad amicā ſuā, quam ad ſe ueniſſe

Protesilaus qualis dixerat, Ordo uero & ſenſus talis eſt, ¶ Cui. ſ. laodomiæ. ¶ Lux mea. i. amica digna nihil aut paulum concedere in me amando. ſ. ipſi laodomiæ. ¶ Tū. i. poetica, ꝗ circa amicā cupido uolitarit. ¶ In tu. cro. i tunica coloris crocei græcū eſt. n. κροκινος, ſenſus dt̄ ē, ꝗ cupido cādidꝰ, ꝗ ſolet nudus pīgi a poetis fulgebat in crocea tunica, qua induta

croceus color erat amica ſua. Eſt. n. croceus color croco ſimilis ꝗ luteus dicit̄, fœminis autem maxime conueniēs, unde Donatus i principio expoſitionis ſuæ in Terentiū, ubi de habitu ꝑſonarum agit, meretrici iq̄t

Luteus color ob auaritiam luteus dat̄, imo ēt Pli. lib. xxi. c. viii. ſic iq̄t, lutei uideo honorem antiquiſſimū



antiquiſſimum in nuptialibus flāmeis totum fœminis conceſſum.

¶ ET ſi uno non eſt cōtenta ca. nam ſupra dixit fuiſſe ſibi cum mallio commune m. ¶ Rara uerecūdæ furta feremus heræ, amicæ inquit quæ mihi ueluti hera ē adulteria æq̄ aīo feremus, uerecundæ q̄ ob uerecūdiam non uult mallio negare, Cum

> Quæ tamen & ſi uno non eſt contenta Catullo,
> Rara uerecundæ furta feremus heræ,
> Ne nimium ſimus ſtultorum more moleſti,
> Sæpe etiam Iuno maxima cœlicolum
> Coniugis in culpa flagrauit quottidiana,
> Noſcens omniuoli plurima furta Iouis.
> At qui nec diuis homines componier æquum eſt,
> Ingratum tremuli tolle parentis onus.
> Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna,
> Fragrantem aſſyrio uenit odore domum.
> Sed furtiua dedit nigra munuſcula nocte,

prius illius conſuetudine uſus fuerit, legitur & heri, ideſt ipſius mallius qui herus amicæ fuerat, tunc uerecunde aduerbium erit, ait namq̄ꝫ ſe ideo uerecunde laturum ne impudens ſit, & ingratus erga mallium ꝗ ſibi puellā conceſſerat. ¶ Rara furta, ꝗa nō admodū ſæpe cum mallio rem habet. ¶ Ne nimiū ſi. uerecūde iq̄t feram furta ne utar ea moleſtia qua ſolent nōnulli uti circa amicas, ꝗbus uolunt quodāmodo legē iponere ne uenerem aliis concedant, quod ſi contigerit cruciantur. ¶ Ne ſimus moleſti, Amicæ uidelicet. ¶ Sæpe etiam Iuno, iunonis exemplo oſtēdit ſibi quoque puellæ culpam ferendam eſſe. Illa enim iouis adulteria ſciebat, et licet cum iracundia tamen tolerabat. ¶ In culpa quotidiana, quotidie. n. noua ſtupra adulteriaq̄ꝫ iupiter cōmittebat, ut apud Ouid. in muta. latiꝰ habemus. ¶ Flagrabat, ira ardebat, & tamē ferebat, Ideo nos quoq̄ꝫ feremus, ¶ Iouis om. ꝗ oia optata implere uolebat. ¶ Atq̄ nec di. & tāto magis iq̄t ferre debeo q̄ꝫto hoies deis comparari nō debēt, Ergo ſi dea iniurias ꝑtulit, Tanto magis ego feram ꝗ ſum homo. q. d. ſi illa cum ira ꝑtulit, Ego ſine ira ꝑferre debeo, Et hic ꝑculdubio uidet̄ uerus poetæ ſenſus eſſe, licet alii ſecus interpretentur, ſicut & ſequentem uerſum, Ipſius mētem, mea quidem ſententia non percipientes. ¶ Ingratū tremuli, Remoue inquit curam culpæ ipſius puellæ, quia hoc ſolet eſſe onus patris, non amatoris. Nam pater ſenex moleſte fert adulteria filiæ, Sed ego nō debeo ita curare. ¶ Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna. Alia rō quare ipſe debeat æquo animo ferre, quoniā ipſa non eſt uxor, Sed concubina, quod uolens ſignificare, dicit non eſſe manu patris adductam in domum ſuam odoratam more coniugum in nuptiis, Sed potius cum alteri nupta eſſet a marito clam ad ipſum ueniſſe.

¶ Fragrantem, redolentem. ¶ Odore aſſyrio, amomo & aliis odoribus qui plures naſcuntur in Syria.

Adulteria Veneris dona ¶ Furtiua munuſcula, adulteria quæ ſunt dona Veneris, ut Homerus τα τε λαφροδιτης Vir. Veneris nec præmia noris. ¶ Nigra nocte, obſcuro noctis tempore.

Ipſius ex ipſo dempta uiri gremio.
Quare illud ſatis eſt. ſi nobis id datur unis,
Quo lapide illa diem candidiore notet.
Hoc tibi quod potui confectũ carmine munus,
Pro multis aliis redditur officiis.
Ne noſtum ſcabra tangat rubigine nomen,
Hæc atq; illa dies, atq; alia, atq; alia,
Huc addent diui quam plurima, q̃ Themis olim
Antiquis ſolita eſt munera ferre piis.
Sitis fœlices & tu ſimul, & tua uita.
Et domus ipſa, in qua luſimus, & domina.

❡EX ipſo uiri gremio, A mariti nãq; amplexu ſurgens ad me ueniebat. ❡ Si nobis id datur unis, mihi & tibi mallio uel nobis unis pro mihi uni, uel unum legatur. i. unicum. Et eximium uidelicet q; dies illa qua habeo puellam notatur albo calculo tã quam feliciſsima q̃ uis etiam ipſa det alteri, uel ſit ſenſus Det mihi illud quo ipſa notet diem lapide candidiore. ideſtq; quando mecũ eſt illũ diẽ putet felicẽ, & nõ ſic ĩ aliis facit. ❡ Lapide cãdidiore, hoc dictũ eſt ſecundum morem gentis thraciæ quæ calculos colore diſtinctos pro experimento cuiuſlibet diei in urnam condere, ac ſupremo uitæ die ſeparatos dinumerare conſueuit, atq; ita de felicitatis aut miſeriæ ratione pronuntiare, ſicut ſuperius annotauimus, & uti Plinius libro ſeptimo teſtatur, imprudentẽ diligentiam damnans, hinc Martialis. Et ſi calculus omnis huc & illuc diuerſus bicolorq; digeratur, unicet candida turba nigriorem, Alii cretenſium fuiſſe morem dicũt. ❡ Hoc tibi quod potui, concluſio eſt elegiæ, qua ſe excuſat poeta ſi mallii meritis dolore impeditus & mœrore confectus non ſatisfecerit. ❡ Hoc munus cõfectum carmine, ideſt iſtam elegiam. ❡ Pro aliis officiis, quæ ſcilicet in me contuliſti præter illud qđ

Mos calculorũ apđ thracaſ

commemoraui. ❡ Ne noſtrum ſcabra, hoc inquit carmẽ ſcripſi me nomen tuũ meumq; ulla uetuſtatis obliuione deleri poſſit. ❡ Scabra rubigine, metaphorice, conſumptione aliqua & obliuiõe ❡ Hæc atq; illa dies, hoc eſt aliqđ tpis ſpatium. ❡ Huc addant diui quãplurima, ultra hoc munus carminũ qđ tibi pro tuis meritis mitto, etiã opto Dei addant ea quæ iuſtitia dabat hoibus piis in ſæculo aureo, q oĩ bonorum genere abundabant, ut Heſiodus in agricultura oſtendit. Et Ouidius in primo mutationum hic forte eſt ſententia illa Virgiliana. Dei tibi ſi qua pios reſpectãt numia, ſi quid V ſquã iuſtitiæ eſt. Et mens ſibi cõſcia recti, Præmia digna ferant. ❡ Quæ themis olim, Secundum Heſiodum in Theogonia, Themis filia fuit cœli & terræ, et una de uxoribus Iouis, de qua iuſtitiam & bonas leges & pacem florentem natas eſſe dicit. Scribit Feſtus, Themin deam putabant eſſe quæ præciperet hominibus id petere quod fas eſſet. Eamq; id eſſe exiſtimabant quod fas eſt id eſt θέμις. ❡ Antiquis piis, antiquitus ſub ſæculo aureo uiuentibus. ❡ Sitis felices, in fine elegiæ & Mallio & ſibi & amicis felicitatem optat. ❡ Et tua uita, amica tua.

Au ſæc

the Iou uxo

Fe



Et qui principio nobis terram dedit, atq;
A quo ſunt nobis omnia nata bona,
Et longe ãte omnes mihi quæ me carior ipſo eſt
Lux mea qua uiua uiuere dulce mihi eſt.

EPI GR. ELEG. FINIS.

## In Rufum. EPIG. I.

Noli admirari quare tibi fœmina nulla
Ruſe uelit tenerum ſuppoſuiſſe femur.
Non ullam raræ labefactes munere ueſtis,
Aut perluciduli delitiis lapidis.
Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper

❡ET qui principio, ad Mallium hoc referri non debet quia iam de illo dixerat. Sitis felices & tu ſimul & tua uita. Nũc autem in tertia perſona de alio loquitur, præterea Mallium dixerat ſupra dilataſſe agrũ non donaſſe a principio, Et iõ Cæſarem potius uel aliquẽ aliũ denotaſſe uidetur a quo agrum et bona multa acceperit. ❡ Et longe ante omnes lux mea, Ordo. Sit felix ĩprimis amica mea a cuiꝰ uita uitæ meæ ſolatiũ. Iocũditas felicitaſq; depẽdet.

EXPOS. IN ELEGIAS. FINIS.

I. EPIG. EL. EXPOS.

Noli admirari, in hac ultima operis parte epigrãmata elego carmine conſcripta ſubiunxit poeta Quæ ut filium ſatyrica felle aſperſa ſũt hoc uero primum contra Ruffum diuitem & male olentem ſcriptum eſt, qui licet munera donaret mulieribus, nec ab illis tamen amabatur, cuius rei cauſam poeta aſſerit fuiſſe teterrimum alarum odorem, unde ipſum hortatur ut e duobus alterum faciat, uel q; malum ſuffocet odorem, uel admirari deſinat cur nõ ametur. ❡ Noli admirari, cũ enim cãm manifeſtã eſſe referat tollit admirationẽ cum nulla ſit admirationis cauſa niſi ignorantia. ❡ Tenerum femur, ut cum ipſa cocas, ſcilicet. ❡ Non ullam raræ, noli etiam admirari q; nullam labefactes munere ueſtis aut gemmæ, ideſt ſi etiam donis præteſis non potes ad tua uota aliquam flectere. Et ſic labefactas eſt uerbum, nõ nomẽ. ❡ Raræ ueſtis, p̃cioſæ, unde ẽ in p̃uer. oĩa rara p̃clara, alii Rallæ legũt, eſt enim ueſtis tenuiſſima cuius meminit Nonius auctoritate Plauti. ❡ Delitiis lapidis, gẽmæ namq; ob delitias tantum expetunt. ❡ Lapidis pelluciduli, gemmæ lucidæ ſplendentiſque. ❡ Lœdit te, tibi nocet. ❡ Fabula, rumor, ſermo qui de te uulgo habetur. ❡ Valle ſubalarum, ala & ſubala pars communis eſt coſtæ. brachii, & humeri. ❡ Trux caper, ideſt odor hircinus. Oratius. An grauis hircinis cubit hircus in alis. Hircus enim et caper dicitur caprarum admiſarius qui poſtquam coire cœperit fœtere ſolet. Hinc pro fœtore qui ſub alis fit ponitur. ❡ Trux, naribus crudelis. ❡ Hunc, ſcilicet fœtorem. ❡ Metuunt omnes, fœminæ uidelicet. ❡ Neq; mirum, in hoc ruffi ſtoliditatẽ damnat q in re manifeſtiſſima admiratione inde afficeretur. ❡ Nam mala eſt

Rarus Prou. Ralla ueſtis,

Ala et ſubala hircus

-beſtia, alludit ad hircum animal. ¶ QVARE aut, concluſio eſt. ¶ Naſorum peſtem, ideſt ipſum fœtorem, qui eſt tanquam peſtis naſis. ¶ Aut mirari deſine, aut admirationem depone.

Hunc metuunt oẽs, neq; mirũ, nã mala ualde eſt
Beſtia, nec qui cum bella puella cubet.
Quare aut crudelem naſorum interfice peſtem,
Aut admirari deſine, cur fugiunt.

De muliere ſua. EPIG. II.

Nulli ſe dicit mulier mea nubere malle
Quam mihi, non ſi ſe Iuppiter ipſe petat.
Dicit, ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In uento, & rapida ſcribere oportet aqua.

Ad Virronem. EPIG. III.

Si cui Virro hoĩ ſacer alarum obſtitit hircus,
Aut ſi quem merito tarda podagra ſecat.
Aemulus iſte tuus, qui ueſtrum exercet amorem,
Mirifice eſt a te nactus utrunq; malum.
Nam quotiens futuit, totiẽs ulciſcitur ambos,
Illam affligit odore, ipſe perit podagra.

Ad Leſbiam. EPIG. IIII.

II. EPIGRAM. EL. EXPOS.

Vlli ſe dicit, infidelitatẽ mulierũ ſub perſona amicæ ſuæ hoc epigrãma te taxare uoluit Catull', illa namq; ut amorem ſuum in poetã indicaret, dicere ſolebat, Nulli ſe magis uelle q̃ Catullo nubere, nec ipſi ioui. Sed Catullus dicit id fieri non ex corde ſed ob uſitatam mulierum fallaciam, quoniam talia uerba ut uana i uẽto & aqua ſunt ſcribenda. ¶ In uento & rapida .i. in re inſtabili, prouerbiale eſt, quaſi dicat uanum eſt.

Prouerbium de uento & aqua.

III. EPIG. EL. EXPOS.

SI cui uirro, Virronem amicum conſolatur ꝙ ſi eius riualis ad ipſius amicam uadit, Vterque dat pœnas, quoniam puella fœtore ſub alarum cruciatur. Illi autem ex coitu augẽt dolor podagræ. Ordo uero talis eſt, o Virro ſi cui hoĩ ſacer .i. execrabilis ¶ Hircus, ideſt fœtor alarum nocet aut ſi quem tarda podagra ſecat, ideſt ſcindit & diſcruciat. Senſus uero eſt, ſi cui nocent hæc duo genera malorum, nocẽt æmulo & amicæ tuæ, & ita habet codex meus ex paterna emendatione. Alii uero lege re maluerunt. Si cui iure bono ſacer alarũ &c. Sed notandum q̃d li cet obſtitit præteriti tẽporis dixerit, ſubiungit tñ in præſenti ſecat, ratione carminis. ¶ Tarda, ab effectu, ſicut frigus pigrũ dicitur. ¶ Sacer, execrabilis dicitur, ut inquit Seruius libro tertio æneid. Virgilius ſacræ panduntur portæ, et alibi. Auri ſacra fames, tractus eſt autem ſermo, ex more gallorũ. Nam Maſſilienſes quotiens peſtilentia laborabant unus ſe ex pauperibus offerebat alendum anno ĩtegro publicis & purioribus cibis. Hic poſtea ornatus uerbenis & ueſtibus ſacris circunducebatur per totam ciuitatem cum execrationibus, ut in ipſum reciderent mala totius ciuitatis, Et ſic ꝓiciebatur, hoc autem in Seruio ex petronii auctoritate lectum eſt. ¶ Æmulus iſte tuus, Ruffum notare uidetur de quo antea dixit. ¶ Veſtrum amorem, amicam tuam

Sacer mos gallorum.



ſuamq;. ¶ Exercet, ſubagitat. ¶ A te, opera tua, quia illi conceſiſti amicam. ¶ Vtrũq; malum, & fœtoris & podagræ ſicut in ſequentibus declarat. ¶ Ambos, & ſe & amicam, & ipſe met declarat quo modo in uerſu ſequenti. ¶ Odore, alarum fœtore. ¶ Perit podagia, quia ex coitu dolor augetur. Eſt autem podagra dolor & contractio pedum, & in hac dictione ſyllaba media indifferens eſt Ouid. Tollere nodoſam neſcit medicina podagram, Martialis uero litigat & podagra Diodorus flacce laborat.

Podagra.

IIII. EPIGRAM. ELEG. EXPOS.

Dicebas quondam ſolum te noſſe Catullum
Lesbia, nec præ me uelle tenere iouem.
Dilexi tum te, non tantum ut uulgus amicam.
Sed pater ut gnatos diligit, & generos.
Nunc te cognoui, quare & ſi impenſius uror,
Multo mi tum es uilior. & leuior.
Qui potis eſt inquis? q; amantẽ iniuria talis,
Cogit amare magis, ſed bene uelle minus.
Odi & amo, quare id faciam fortaſſe requiris?
Neſcio ſed fieri ſentio & excrucior.

Dicebas quondam, mirũ affectum in hoc epigrammate expreſſit Catullus. Zelotipia enim ductus ꝙ leſbia datam fidem non ſeruarat alium amando, Dicit ſe quidẽ ardentius illam diligere, ſed tamen nollet illi bene eſſe. Adeo ut duo hæc quæ contraria ſunt in ipſo tamen eſſe uideantur, ut quodammodo amet & odio habeat. ¶ Nec præ me, ante me & id propriæ eſt quod uulgo dicitur reſpectu mei. ¶ Velle tenere iouem, ſuperius enim in ſecundo epigr. dictum fuit non ſi ſe iupiter ipſe petat. ¶ Non tantum ut uulgus amicam, non tantum ut uulgares diligunt amicas ſuas, qui ea de cauſa diligere uidentur ut cum illis rem habeant. ¶ Sed pater ut gnatos, ſolent enim patres maxime filios et generos a quibus generis propagationem ſperant diligere. ¶ Nunc te cognoui, noui iam fallacias tuas, Tuamque perfidiam. ¶ Quare etſi impenſius uror, quãuis maiori accendar amore. ¶ Multo mi tamen es uilior & leuior, quamuis urar tamen habeo te uiliorem & leuiorem q̃ prius. ¶ Qui potis eſt inquit, qui ideſt quo modo. ¶ Potis eſt, poteſt hoc fieri, ſcilicet cũ ſint duo contraria. ¶ Quod amantem iniuria talis, reſponſio eſt Catulli ideo fieri poteſt, quia talis iniuria qualem mihi feciſti amando alium cogit amantem magis amare ſed minus uelle bene. Et ideo te uiliorem habeo. Et q̃uis amare a philoſophis dicatur uelle illi bene eſſe quem amamus. Tamen amare & bene uelle differunt, quoniam amor perturbatio eſt, uelle autem eſt uoluntatis & rectæ rationis, unde Cice. quarto Tuſcu. quæſti. Voluntas eſt quæ quid cum ratione deſiderat. Et ideo amator qui ſibi alium præferri uidet maiore perturbatione amoris afficitur, ſed tamẽ nõ uult bene eſſe amicæ immo cauſa ulciſci deſiderat. Eſto alii dicant ꝙ amamus corpus & beneuolumus animo. Et ſic Catullus corpus leſbiæ amabat. Sed animo minus bene uolebat, Et ideo concludit. ¶ Odi & amo. Sẽtio inquit in me duo hæc eſſe, Sed quo modo ſint & qualiter id fieri poſſit neſcio cauſam adduce-

Amare & bñ uelle.

re. Et hoc modo duo hæc carmina acute admodum ut pater meus docuit epigrã matis ſententiam concludunt, cum priꝰ alibi ſeparata legerentur.

V. EPIG. EL. EXPOS.

ordo. Stat, ideſt placet magis & magis nihil benigne feciſſe. Illud uero per pa- renteſim poſitum erit, imo etiam tedet, notandum tamen eſt ꝙ uerſus iſte & alio modo legitur. Immo etiam tedet,

Tedet ab- eſtque magis, ut ſit ſenſus nõ ſolum te- det ſed etiam obeſt, ideſt no- cet benigne feciſſe. ¶ Vt mihi, ſcilicet ſtat, uel obeſt ſecũdum aliam le-

Eſi- d neđ quo ꝙ, hoc eſt alteriꝰ epigramma- tis initiũ quod cuȝ præceden ti ante pa ternã cor- rectionẽ cõiunctiȝ legebatur Contra

## In Rufum ingratum. EPIG. V.

*Deſine đ quoquam quicquam bene uelle mereri*
*Aut aliquem fieri poſſe putare pium*
*Omnia ſunt ingrata, nihil feciſſe benigne.*
*Immo etiam tedet, ſtatq; magiſq; magis.*
*Væ mihi, quem nemo grauius, nec acerbiꝰ urget*
*Quã mõ, q me unũ, atq; unicũ amicũ habuit.*

## In Gellium EPIGR. VI.

*Gellius audierat patruum obiugare ſolere*
*Si qs delitias diceret, aut faceret.*

Rufum ingratum ſcribit hoc epigram- ma, qui cum amicus Catulli eſſet leſ- biam eripuit, de quo etiam infra in. yiii. epigram. ¶ Deſine de quoq̃, ſententia eſt generalis in ſecunda perſona uel poe ta ſe ipſum alloquitur, ut eſt iratis mos uſitatiſſimus, dehortatur enim ſe ipſum a beneficiis in alios exhibẽdis cum Ruf fus adeo ingratus fuerit. ¶ Deſine de quoq̃, poſtquam Ruffus decepit. ¶ Be ne uelle mereri. i. in aliquem beneficia conferre. ¶ Aut aliquem fieri, noli am plius exiſtimare ꝙ aliquis poſſit eſſe pi us, cum hic adeo ſit igratus. ¶ Omnia ſunt ingrata, ex nimia iracundia non tã tum homines ſed & omnia ingrata aſ- ſerit. ¶ Nihil feciße benigne? Cum in- terrogatione hoc legi poteſt, ut ſit obie- ctio, nihil uis feciße benigne. Et ſic ob- iectionis erit reſponſio, immo etiam te- det, ſcilicet benigne feciſſe, uel ſit talis

ctionem. In aliis etiam codicibus legi- tur. Væ mihi. ¶ Quem, ſcilicet me. ¶ Nemo urget, nemo maiorem mihi af fert moleſtiam. ¶ Quam modo q. ꝙ Rufus qui modo, ideſt pauloante habuit me unum & uni- cum ami- cum & ta men mihi ami cam eripuit.

VI. EPIGRAMMA ELEG. EXPOS.

g Ellius audierat patruum, Pa- truus Gelii Zelotipia uxoris ductus nolebat quemquam de- litiis et urbanitate apud ipſam uti, quod cũ intelligeret Gellius q cũ illa rẽ hẽbat



eã cõtẽnere ſimulans, ita egit ut patruus nihil diceret, & gellio ipſi adeo oĩa con cederet, ut ſi etiam ab eodem irrumatus fuiſſet, tamen ne uerbum quod dicere au- ſus eſſet. Ex quo etiam latenter uult quodammodo inferre & ſatyrice taxare ge lium etiã ipſius patrui irrumatorem fuiſſe.

¶ HOC ne ipſi accideret, n obiur- garetur a patruo. ¶ Patrui perdeſpu it, negle- xit, contẽ pſit. ¶ Ip ſam uxo- rem. quã comprime bat ſcilicet

*Hoc ne ipſi accideret, patrui perdeſpuit ipſam*
*Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem*
*Quod uoluit, fecit, nam, quamuis irrumet ipm*
*Nunc patruum, uerbum non faciet patruus?*

## In Leſbiam. EPIG. VII.

*Huc eſt mens deducta tua mea Leſbia culpa,*
*Atq; ita ſe officio perdidit ipſa ſuo.*
*Vt iam nec bene uelle queam tibi, ſi optima fias*
*Nec deſiſtere amare, omnia ſi facias.*
*Si qua recordanti bene facta priora uoluptas*
*Eſt homini, cum ſe cogitat eſſe pium.*
*Nec ſanctam uiolaſſe fidem, nec fœdere in ullo*

facit, & ſic erit fa ciet tem- pus ꝑ tem pore, niſi legerimꝰ, uerbũ nõ facit & patruus.

VII. EPIGR. EL. EXPO.

Ve b eſt mẽs

¶ Et patruum reddidit harpocratem, fecit ipſum tacere, Fuit enim harpocra tes uir ægyptius qui digito ſalutari ſilẽ tium indicebat in comitatu iſidis, quia capitale erat, ut inquit btũs Augu. lib. xyi. de ciui. dei. dicere iſim & ſerapim homines fuiße, unde deus ſilentii appel latus q ab ægyptiis colitur, de quo dif- fuſius Pluth. in oratiõe de ſerapidis nu mine, de quo & Ouidius lib. ix. ubi de iſidis comitatu loquitur intellexiſſe ui- detur, quiq; præmit uocem digitoq; ſi lẽtia ſuadet hunc capitolio prohibitũ, meminit Tertulianus in apologetico. ¶ Quod uoluit fecit. i. iam in domo pa trui omnia quæcunq; uolebat faciebat q. d. ſub hac diſſimulatione habuit rem cum uxore patrui, & ille tacebat. ¶ Nunc q̃uis irrumet ipſum, licet eti- am patruum ipſum irrumaret tamẽ il- le ne uerbum quidẽ diceret, uel ſit ſen- ſus, q̃uis hoc tempore etiam patruum ipſum irrumet, tamen ille ne uerbũ qdẽ

harpocrates

deducta, leſbiã ingratam & in amo- re fidem non ſeruantem arguit, Dein- de ſe ipſum multis rationibus conſola- tur, poſtremo deos rogat, ut a tetro a- moris morbo liberẽt. ¶ Huc, ad hũc ſta tũ ad hãc cõditionẽ. ¶ Tua cul. ob tuã pſidiã. ¶ Suo offi. q a mens ipſa neſcit amplius ſuum exercere officium qđ eſt uti ratione. ¶ Omnia ſi facias, quaſi di cat ſi etiam contra me omnia mala face res. ¶ Si qua recordanti, multi hic uo- luerunt eſſe alterius epigrammatis ini- tium, in codice tamẽ uetuſto cõtinuatur cum præcedenti, & ſenſus quoque con tinuari uidetur, Eſt autem hyperbaton uſque ad multa parata manent, & eſt ſenſus, ſi ex recte ante acta uita aliqua eſt homini uoluptas. ¶ Eſſe pium, pietas iuſtitiæ pars eſt quæ erga deos & parentes exhibetur. ¶ Nec uiolaſſe fidem, quæ inuiolabili ter ſeruanda eſt etiam hoſti. ¶ In ullo fœdere, in aliqua pactione,

pietas

Nihil difficile uolenti.

Dicuum ad fallendos numine abuſum hoīes.
Multa parata manent in longa ætate Catulle,
Ex hoc ingrato gaudia amore tibi.
Nā quæcūq; hoīes bene cuiq̄, aut dicere poſſūt,
Aut facere, hæc a te dictaq;, factaq; ſunt,
Omnia quæ ingratæ perierunt credita menti.
Quare iam te cur amplius excrucies?
Quin te animo affirmas, teq; iſtinctuq;, reducis
Et diis inuitis deſinis eſſe miſer?
Difficile eſt longum ſubito deponere amorem,
Difficile eſt, uerum hoc qua lubet, efficies,
Vna ſalus hæc eſt, hoc eſt tibi peruincendum,
Hoc facies ſiue id non pote, ſiue pote.
O dei, ſi ueſtrū eſt miſereri, aut ſi quibus unquam
Extremā iam ipſa in morte tuliſtis opem,
Me miſerum aſpicite, & ſi uitam puriter egi,
Eripite hanc peſtem, perniciemq; mihi.
Quæ mihi ſubrepēs imos, ut torpor, in artus,
Expulit ex omni pectore lætitias.
Non iam illud quæro, contra ut me diligat illa,
Aut quod non potis eſt, eſſe pudica uelit,
Ipſe ualere opto, & tetrū hūc deponere morbū.
O dei reddite mi hoc pro pietate mea,

¶ Numine diuū abuſum, Is enim deos abuti uidetur qui per eorum iurat numina, et promiſſa minime ſeruat. ¶ Ex hoc ingrato amore, quia cū ipſam deperires, tibi fidem non ſeruauit. ¶ Hoc a te, ſc. n. ipſum ale loquitur poeta. ¶ Facta dictaque ſunt, leſbiæ .ſ. ¶ Oiaqꝫ ingratæ, cū tu omnia egeris quæ pro amica fieri poſŝūt, ob eius tā tum ingratitudinē omnia perierunt. ¶ Quare id te cur amplius excrucias amando ingratam ſcilicet. ¶ Quin te animo affirmas, quin cum indicatiuo uim habet repre/henſionis, ut quin taces .i. cur nō taces. ¶ Inſtinctuq; reducis, retrahis reuo/cas ab inſtinctu amandi. ¶ Et deis in/uitis, q tibi non fauent in amore. ¶ Difficile eſt lōgum, anthypophora eſt con/tra ſe ipſum. ¶ Difficile eſt, reſpōſio eſt ipſi⁹ poetæ, eſt inquit qdē difficile, Sed tamen ſi uolueris efficies .q.d., nihil difficile uolenti, ordo eſt. Verum ſed efficies quodlubet, ideſt illud quod tibi placet. ¶ Vna ſalus hæc eſt, ſcilicet uelle deponere. ¶ Hoc facies, depones inquit amorem. ¶ Siue id non pote ſiue pote, ſiue potis eſt ſiue non, ideſt ſiue hoc poſſit ſiue nō poſſit fieri, pote pro potis eſt, Perſius. Qui pote uis dicā, nugaris. Et ꝓper. qua pote quiſque in ea conterat ar/te diem. ¶ O dei iam Deos in auxilium inuocat. Vt ab amore liberetur. ¶ Et ſi uitam puriter egi, hoc eſt quod ſuperius dixit, ſi qua recordanti &c. ¶ Hanc peſtem, amorē uel amoris cruciatum. ¶ Vt torpor, tanquam ueteranus morbus. Alii codices hn̄t uelut anguis i artus. ¶ Ipſe ua. opto .i. ſan⁹ fieri ab amoris ꝑturbatiōe. ¶ Tetꝝ mo. amorē tā igratæ mulieris. ¶ Reddite hoc, ut liber ſim ab amore. ¶ Pro pie. mea, nā ſupius dixerat cū ſe cogitat eſſe piū.

Pote.

Quin cū idicatiuo



VIII. EPIG. EL. EXPOS.

Ad Rufum. EPIG. VIII.

Ruſe mihi, fruſtra, ac nequicq̄ credite amice,
Fruſtra? imo magno cum pretio, atq; malo.
Siccine ſubrepiſti, mi atq; inteſtina perurens,
Sic miſero eripuiſti omnia noſtra bona?
Eripuiſti heu heu noſtræ crudele uenenum
Vitæ, heu heu noſtræ peſtis amicitiæ.

In Gallum. EPIG. IX.

Gallus habet fratres, quoꝝ eſt lapidiſſima cōiūx
Alterius, lepidus filius alterius.
Gallus homo eſt bellus, nā dulceis iungit amors
Cum puero ut bello bella puella cubet.
Gallus homo eſt ſtultus, nec ſe uidet eē maritū,
Qui patruus patrui monſtret adulterium.
Sed nunc id doleo, quod puræ impura puellæ

Vſe mihi fruſtra, In ruſum inuehit, q poetæ familiaritatē iniit, & amicā eripuit. ¶ Fruſtra ac nequicq̄, irrito laborē et uana ſpe. ¶ Fruſtra? Corrigit qd dixerat et ſimul iocatur in dictionis ſignificatione, Cū .n. dixiſſet fruſtra cognite itelligere uoluit q .ſ. nō es mihi amicus. Sed q eē fruſtra dr̄ ſine effectu. Ideo ſubiungit cum interrogatiōe fruſtra? imo inqt nō fruſtra, ſed cū dāno meo, nā ſi fruſtra eſſet nullū ſentirē dānū. ¶ Magno cum ꝑtio, cum magna pœna & magno dāno. ¶ Siccine ſurrepiſti mi, legitur & ſiccine ſubrepēs mi. eſt aūt ſenſus, hoc ne modo latēter te in amicitiā meam inſinuaſti, ut puellā mihi eriperes. ¶ Oia noſtra bona, .i. amicā in qua erāt oia noſtra bona. Nā amica ē aīa amāti. In ea reponit amator ſpem oēm, Oēs cogitatiōes, oē ſtudium, oēm mētem, exiſtimat nāqꝫ ab ea oia pendere, & ꝙ uiuat eiuſdem muneris eſſe. ¶ Eripuiſti, hic diſtinguendum eſt. Ingenti nāq; dolore uerbum iterauit. Et eodem dolore parcitus epigrāma cōcluſit, oſtendens ruſum cauſas mortis præbiturum. ¶ Heu heu noſtræ peſtis amicitiæ, ex correctione paterna ſic lego. Cum prius pectus amicitiæ nullo fere ſenſu legeretur.

Fru/ſtra.

IX. EPIG. ELEG. EXPOS.

Al g lus habet fratres, Gallus duos habebat fratres quorū alter lepidā uxorem, Alter lepidum habebat filium, ſed filium fratris, uxori alterius fratris dum amoribus copulat Gallus, Credit ſe hominem bellum eſſe, ſed tamen ſtultus eſt, quia nō cōſiderat, ꝙ idem quoq; poſſet ſibi euenire, Et ideo hūc poeta lacerat, ſeq; omnibus notum facturum & poſteris quoq; minatur. ¶ Alterius. ſcilicet fratris. ¶ Se eē maritum, .i. habere uxorē cū qua idē filius fratris adulterari poſŝit. ¶ Qui patru⁹ patrui monſtret adulterium, nam gallus erat patruus adoleſcentis quem cum uxore fratris copulauit, & ſic monſtrauit adulterium patrui, & ſic erat ſtultus, quia quemadmodum ille rem habebat cum uxore patrui, ita poterat etiam rem habere cum uxore ipſi⁹ galli qui eodem modo patruus erat. ¶ Sed nunc id doleo, ſed doleo inquit ꝙ nō ſolum id egeris, ſed tu etiam ſpurco ore

Amica aia aman/tis qd.

nitidiſſimam puellam oſculatus fueris. ¶ Impura ſuauia. ſ. tua. ¶ Saliua tua, dũ eã oſcularis ore ſalinoſo. ¶ Ve℞, ſed ¶ NON impune, nõ ſine pœna. ¶ Omnia ſæcla, pro ſæcula .i. poſteri omnes. ¶ Et qui ſis, et qualis ſis, impudicus, ſcilicet et ſceleſtus. ¶ Famuloſq; tuos cognoſcẽt inquit poſteri & te & omnẽ familiã tuam. Legitur etiam & qui ſis fama loquitur anus. Quemadmodũ et ſupius dixit. Charta loq̃t an⁹.

Suauia coniunxit ſpurca ſaliua tua.
Verum id non impune feres, nam te omnia ſæcla
Noſcent, & qui ſis te famuloſq; tuos.

De Leſbio. EPIG. X.

Leſbius eſt pulcher, quid ni? quem leſbia malit
Quã te cum tota gente Catulle tua,
Sed tamen hic pulcher uendat cũ gẽte Catullũ,
Si tria natorum ſuauia reppererit.

Ad Gelliũ fellatorẽ. EPIG. XI.

Vis dicam Gelli, quare roſea iſta labella
Hyberna fiant candidiora niue?
Mane domo cum exis. & cum te octaua quiete
Emolli longo ſuſcitat hora die:
Neſcio quid certe eſt, an uere fama ſuſurrat.
Grandia te medii tenta uorare uiri

X. EPIG. EL. EXPOS.

l Esbius eſt pulcher, quid ni? Leſbium riualem ab amica ſibi præpoſitum tanq̃ ad Venerem minime idoneum taxat. ¶ Quid ni? Cur nõ ſit pulcher ſi eum malit leſbia q̃ Catullum cum tota familia. ¶ Cum tota gente, cum tota familia. ¶ Si tria natorum ſuauia reppererit, Si ita ualet in coitu ut unq̃ tres filios generare poſſit qui eum oſculẽtur, & ſic alludit ad ius trium liberorũ cuius Dionyſius hal. lib. ii. meminit. Aliqui tamẽ amatorum legũt, ideſt non inueniet qui eum ob amorem ter oſculari uelit. Alii uero uolunt ut ipſum tanquã fellatorem taxauerit. Qui ob immunditias minime oſculãtur.

Ius trium liberorũ.

XI. EPIG. EL. EXPOS.

u Is dicam Gelli, Gellium fellatorem acerbiſſime dilacerat, Et tanquã cauſam inquirens quã ſi paleret labella quæ roſea ſolebant eſſe, eius detegit flagitia. ¶ Roſea, coloris roſei purpurea. ¶ Mane domo, & mane quãdo tu ſurgis e ſomno nocturno et octaua diei hora quando ſurgis e ſomno meridiano æſtiuis diebus & longis, quaſi dicat quotiens is dormitum, quia tunc ſemper uteris fellatione. ¶ Neſcio quid certe eſt, omnino inquit hic pallor accidit aliqua dicam, licet illam ignorem neſcio quid, ita ſolemus dicere de re ignota. ¶ An uere, an fortaſſis hoc fit eo q̃ ſis fellator. ¶ Candidiora, propter candidum ſperma, quod fellando exugit. ¶ Tenta uorare, uirilia membra, Oratius. Tentaque rumpit. Et Diomedes grammaticus ſic inquit, Et quia Cacophaton uidetur deorum uebiculum tenſum dixerunt non tentum ne uerbum turpe ſonaret in ſacris. ¶ Medii uiri, quia in medio eſt mẽbrũ uirile, Martialis. Lãbebat medios iproba ligua uiros.

Ten



¶ SIC certe eſt, primo dubitauit an uera eſſet, an falſa fama, modo affirmat ita eſſe, & addacit teſtimonium uirronis. ¶ Virronis, uictoris alii legunt, quomodocunq; ſit nomen eſt proprium uiri illius cui gellius fellator erat. ¶ Ilia rupta, latera q̃ coitu diſrumpunt. Iuue. q̃ lateri parcas eſt igitur ſenſus miſelli uictoris ilia conſumpta clamãt labra tua eſſe ſignata ſpermate q̃d demulgẽs ex ipſo, in labris tuis inaruit. ¶ Ilia & emulſo, alii legunt ilia demulſo. ¶ Sero emulſo metaphorice ſpermate q̃d emulges ex illius membro. ¶ Clamant cum quodam uelut clamore indicãt. ¶ Ilia, alii legũt, illo & emulſo, ſed cum ſenſus & ordo illepidus ſit priorẽ lectionem magis ꝓbo.

Sic certe eſt, clamant uirronis rupta miſelli
Ilia & emulſo labra notata ſero.

Ad Iuuentium. EPIG. XII.

Nemo ne in tanto potuit populo eſſe iuuenci.
Bellus homo? quem tu diligere inciperes?
Præterquam iſte tuus moribunda a ſede Piſauri
Hoſpes inaurata pallidior ſtatua?
Qui tibi nunc cordi eſt. quẽ tu præponere nobis
Audes, At neſcis quod facinus facias.

Ad Quintium. EPIG. XIII.

Quinti ſi tibi uis oculos debere Catullum,
Aut aliud, ſi quid carius eſt oculis.
Eripere hei noli, multo quod carius illi
Eſt oculis. ſeu quid carius eſt oculis.

uituperat, aut q̃a maritimis auris obiecta inſalubris ſit locus, eſt. n. piſaurum umbriæ oppidum a flumine uicino nominatũ, de quo Pli. li. iii. c. xiiii. ¶ Hoſpes, Piſaurenſis. n. iſte hoſpitio ſuſcept⁹ fuerat a Iuuentio. ¶ Qui tibi nũc cordi eſt. q. ſ. Piſaurẽſis tibi placet ¶ Nobis uel mi. catullo, uel mihi & aliis oĩbus iuuenibus ¶ Audes q. rem magnã faceret iuuentius, dixit audes. ¶ Q d facinus, quale ſcelus facias. q. d. maximũ añponere nobis deformẽ illũ piſaurẽſẽ.

piſaurum.

XII. EPIG. ELEG. EXPOS.

n Emo ne in tanto, zelotipia fortaſſis ductus poeta Iuuentiũ adoloſcẽtem rephendit qui piſaurenſis cuiuſdam hominis pallidiſſimi ſpretis reliquis omnibus amore detineretur. ¶ Iuuẽci, huius meminit ẽtin endecaſyllabis. ¶ Tanto in populo, adeo magno utpote in populo romano. ¶ Moribunda a ſede Pi. ꝓp hois faciem patriã

XIII. EPIG. ELEG. EXPOS.

q Vinti ſi tibi, lepide cũ q̃ntio agit poeta, qui ſibi amicã eripere uolebat, Iocoſe itaq; eum admonet & lepide ut ab incœpto deſiſtat ſi ipſe quoq; uult amari. ¶ Si tibi uis oculos de. ſi uis q̃ maxime tibi debeam. ¶ Eripere hei, præ dolore hei interpoſuit, alii ei legunt. i. ipſi aſſerentes q̃ ei, quãdoq; ẽt prima ꝓducta reperit Lucretius li. ii. tempore inane poteſt uacuum ſubſiſtere rei, attamẽ uerſus ſtare non poteſt. ¶ Seu q̃d carius eſt oculis tacite amicam indicat, Senſus eſt, noli mihi eripere amicam meam quã intelligi

Ei.

dicēs noli eripere qđ multo carius illi eſt oculis, et qđ carius eſt nō tantū oculis ſed ea ēt re ſi qua eſt q̄ ſit oculis carior, & ſic ſupplendum erit, & noli eripere id qđ eſt multo carius illi eo qđ eſt carius oculis ſi eſt aliqd oculis carius. q. d. nihil eſt qđ ſit carius oculis & ſi aliqd eſſet amica eſt adhuc illo carior. ab aliis legitur. ¶ Sed qd carius ē oc. q. d. nihil ſenſu qdē clariore ſed nō tam arguto.

XIIII. EPIG. EL. EXPOS. LEſbia mi præſente uiro, mulū leſbiæ maritum deridet. Ex q̄ exiſtimabat leſbiā odio habere Catullum cum de ipſo obloq̄retur, cū illa tamē aſtute hoc ageret. ¶ Hoc. ſ. q̄ mihi maledicat.

## Ad Mulū de Leſbia. EPIG. XIIII.

Leſbia mi præſente uiro mala plurima dicit,
Hoc illi fatuo maxima lætitia eſt.
Mule nihil ſentis. ſi noſtri oblita taceret,
Sana eſſet, nūc quod gannit & obloquitur,
Non ſolum meminit, ſed q̄ multo acrior eſt res,
Irata eſt, hoc eſt uritur, & loquitur.

## De Ario. aſpirante. EPIG. XV.

Chommoda dicebat, ſi quando commoda uellet
Dicere, & hinſidias Arius inſidias.
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat dixerat hinſidias.
Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atq; auia.
Hoc miſſo in Syriam requierant omnibus aures.
Audibant eadem hæc leniter, & leuiter.
Nec ſibi poſtilla metuebant talia uerba,
Cum ſubito affertur nuntius horribilis,
Ionios fluctus, poſtquam illac arius iſſet,
Iam non ionios eſſe, ſed Hionios.

tacere nō pōt. Alii exponūt. ¶ Irata ē i. ſimulat ſe iratam, ſed prior expoſitio magis mē tē poetæ reſpicere uidetur.

XV. EPIG. ELE. EXPO. Hōc modo dicebat, a riū quēdā qbuſdā dictionibus quibus opus minime erat aſpirationem addentem taxat, is nāq; chōmoda, hinſidias, hionios fluctus pter uſum grammatices cum aſpiratione pronunciabat. ¶ Chommoda, cum aſpiratione. ¶ Si quando cōmoda, ſi uolebat commoda dicere qđ ſine aſpiratiōe dicēdū eſt. ¶ Et tū mirifice, cū hic uerſus et ſubſequens in fine Epigrāmatis puerſo ordine legerentur. Pater meus illos loco ſuo reſtituit. ¶ Quātum poterat, quāto pnunciationis conamine & ſpūs hiatu dixerat hinſidias. ¶ Credo ſic mater, quoniā a ſuis maioribus

¶ Mule nihil ſentis, nihil pcipis, & ueluti ſine ſēſu es. ¶ Sana eſſet. i. nō amaret me. Sed eſſet libera ſi de me nihil diceret. ¶ Quod gannit & obloquitur, proprie eſt canum Gānitio ut ait Feſt. Sed p iracunda mulieris murmuratione hoc loco accipimus, ſicut et apud Plau. ut ſit illi dum uiuat qđ in aurēogganiat, Ordo aūt & ſenſus eſt, Nō ſolū meminit, ſed irata ē quæ res eſt multo acrior. ¶ Hoc eſt, declarat qd ſignificet qđ dixit irata eſt, hoc eſt uritur amore mei & iō ex ipatiētia

Ganni tio.

EXPOS. 

ribus ſic aſpirate pnuntiari ſolitum acceperat. ¶ Hoc miſſo in ſyriā. ſed cum hic arius a ſenatu uel ab alio in ſyriā uel magiſtratus uel legatus miſſus fuiſſet. ¶ Requierant oībus aures, quæ aſpiratione illa amplius nō offendebātur. ¶ Audibāt, pro audiebāt. ¶ Hæc eadem, cōmoda & inſidias. ¶ Leniter. i. ſine aſpero aſpirationis afflatu. ¶ Poſt illa, poſtea, plautus neq; eam poſt illa uidi. ¶ Nictius horribilis, iocoſe nuntium horribilē uocat, q̄ mare ionium ueniēte per illud ario. Iam non amplius ionium. Sed hionium cum aſpiratiōe uocabatur, quia uidelicet ipſe ſic pronuntiabat. ¶ Illac iſſet, iter habens in Syriam. Eſt autem mare ionium, quod græci in ſiculum & creticum diuidunt, ſicuti Pli. li. iiii. c. ii. Teſtatur, & Seruius lib. iii. æneī. inq̄t ſciendum eſt ionium ſinum eſſe imenſum ab ionia uſq; Siciliam, & huius partes eſſe Adriaticum, achaicum, epiroticum, Vnde Virg. magnum appellauit, in quo & alia uidelicet ſunt maria, hinc Ouidius in faſtis Ioniū q̄ capax icariūq; præmit quia. ſ. tria capit maria, huius uero epigrāmatis meminit Quintilianus libro primo inſtitutionum.

poſtilla.

Ionium mare.

XVI. EPIGRAM. EL. EXPOS. Vintia formoſa eſt multis,

## De Quintia, & Leſbia. EPIG. XVI.

Quintia formoſa eſt multis. mihi cādida, lōga,
Recta eſt, hæc ego ſic ſingula confiteor,
Totum illud formoſa nego, nam nulla uenuſtas,
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Leſbia formoſa eſt, quæ cū pulcherrima tota eſt
Tum omnib⁹ una omneis ſurripuit Veneres.

cādidam ec. ¶ Tota illud formoſa nego, quāuis illa ſingula conſcedam, tamen nego illud. Tota eſt formoſa, quia partē habet formæ, Sed non eſt tota formoſa. Legitur et totum illud, eodē ſenſu, ſed tamen melius tota q̄ totum, nā etiam de leſbia ſubiūgit, pulcherrima tota eſt, & oēs hēt ueneres contra illud, nam nulla uenuſtas &c. ¶ Nam nulla, ratio eſt quare tota nō ſit formoſa. ¶ Venuſtas, a uenere uenuſtas dicitur & muliebrem pulchritudinem ſignificat. ¶ Nulla in tā magno corpore mica ſalis, tota eſt inſulſa et nullā habet Venerē, & hoc mō locū iſtum īterpŕtari uidetur Quint. li. vi. ubi de riſu. Cū inquit, & Catullus cū dicit nulla in tam. M. C. m. s. Nō hoc dicit nihil in corpore eius eſſe ridiculū. Salſum igitur erit qđ non erit inſulſum &c. ergo ſi ſalſum eſt qđ nō inſulſum. Id qđ non

Ante hoc epigrāma in aliis codicibus legi ſolent duo illa carmina. Odi & amo, quæ ex patris mei ſententia ſupius in fine quarti epigrammatis collocaui. In hoc uero epigrāmate leſbiam quintiæ ratione formoſitatis ita anteponit, ut qntiam ipſam omnino formoſam fuiſſe neget, licet tamen nōnulla haberet quæ ad formoſitatem pertinerent. Deinde amorem & fidem ſuam in leſbiā cōmendat. ¶ Formoſa eſt multis, multi dicunt ipſam formoſam eſſe. ¶ Mihi candida, Ego uero exiſtimo ipſam candidam longam, & rectam. Sed nō penitus tamen formoſam, quia nullam habet uenuſtatē. ¶ Sic ſingula, ſic ſupradicta ſingula confiteor, ut tamen negem illud q̄ tota ſit formoſa. ¶ Singula cōfiteor. ſ. lōgam, rectā,

Venuſtas.

Salſū.

erit ſalſum erit inſulſum. Si igitur nulla mica ſalis ergo tota inſulſa, hoc autem uidetur uelle dicere ꝙ quẽadmodum cibi ſine ſale minime delectant, ita q̃ntia quoq; licet lõga & candida eſſet tamẽ cum eſſet ſine uenuſtate non uidebatur formoſa. Quidam uero parum diligẽter Quintiliani uerba pẽſitantes. Quintilianum ip̄m parum Catulli uerba ꝑpẽdiſſe arbitrãtur, Oĩs aũt hæc cõtrouerſia in hoc cõſiſtit q̄a negationem unã in Quintiliani codice ꝑtermittũt. Cũ .ſ. inq̄t non hoc dicit nihil in corpore &c. ¶ Cũ pulcherrima, q̄a ſeq̄tur tum. Ideo cum & tum, pro eo qđ eſt partim et ꝑtim exponere debemus. ¶ Surripuit oẽs Ve. uidetur inquit cæteris mulieribus oẽs uenuſtates ſurripuiſſe, cum oĩs gratia in ipſa ſola appareat. ¶ Nulla põt. leſbiæ uenuſta formoſitate iam cõmemorata ueluti correptus cõcludit amorẽ & fidem ſuam in leſbia explicans, in quibuſdam tamẽ codicibus nuperrime ĩpreſſis hæc quatuor carmĩna a ꝑcedẽtibus ſeparata legũtur, ita ut ſint epigrãmata duo, in quorũ primo formoſitatẽ leſbiæ, in altero ſuũ in illam amorẽ declarat. ¶ Ex parte mea, non aũt ex parte leſbiæ quã ſupius infidã dixit.

Quintilian⁹ defenditur.

XVII. EPIGR. EL. EXPOS.

*Nulla poteſt mulier tantum ſe dicere amatam*
*Vere: quantum a me Leſbia amata mea eſt.*
*Nulla fides ullo fuit unquam fœdere tanta,*
*Quanta in amore tuo ex pte reperta mea eſt.*

In Gellium. EPIG. XVII.

*Quid facit is Gelli, qui cum matre, atq; ſorore*
*Prurit, & abiectis peruigilat tunicis?*
*Quid facit is patruũ, qui non ſinit eſſe maritum*
*Ecquid ſcis, quantum ſuſcipiat ſceleris?*
*Suſcipit o Gelli quantum non ultima Tethys.*
*Nec genitor nympharum abluat Oceanus.*
*Nam nihil eſt quicq̃ ſceleris, quo prodeat ultra,*
*Non ſi demiſſo ſe ipſe uoret capite.*

Quid facit is gelli, interrogans gellium tãq̃ de tertia quadam pſona ipſum mordaciter taxat, q̄ rem cũ matre & cũ ſorore et cum patrui uxore habebat. ¶ Prurit, coit prurito ſtimulatus. ¶ Peruigilat, non dormit, ſed ad coitum uigilat. ¶ Abiectis tunicis. q. d. nudus, ut ad Venerem magis ſit idoneus, alii accipiunt ob mẽbrũ extenſum leuatis ueſtibus. ¶ Patruum nõ ſinit eſſe maritũ, q̄a cũ ei⁹ uxore rẽ hẽt, & ſic patrui uices agit. ¶ Ecquid ſcis q̄ntum, primo ĩterrogat, poſtea ipſe met reſpõdẽs ſceleris magnitudinem exprimit, ſuſcipit o gelli &c. ¶ Quãtũ nõ ultima tethyis. Nec genitor nympharũ abluit oceanus, ꝑ hæc uerba innuit maximũ ſcelus eſſe & qđ ueluti omnia ſcelera in ſe contineat, erat nãq; conſuetudo apud Venuſtiores polutos in mari expiare. Cuius meminit Ariſtophanis interpres ſup illo comici uerſu. ϖρωτον μεν αυτον ε ϖι θαλαττανηγομεν εϖειτελουμεν. i. primũ ip̄m ad mare deduximus mox et lauimus. Vnde & illud eſt Platonis de euripide in ægypto maris aqua liberato θαλασσα κλυζει ϖαντα τ᾽ ανθρωϖων κακα. i. cuncta mortaliũ mala ꝑfus abluit mare. ¶ Nã nihil eſt quicq̃, ideſt nullũ eſt ſcelus qđ gellii facinus ſuperare poſſit. ¶ Nõ ſi demiſſo, nec ẽt ſi ſe ip̄m fellaret. ¶ Demiſſo capite, ue



ad fellandum aut ad ſe necãdum quod maximum eſt ſcelus ſe ipſum occidere. Vnde Virg. Vitãq; peroſi ꝓicere animas. De his aũt qui ſe ipſos interimunt uide Macrob. li. prĩo de ſomnio Scipionis, & .b. Auguſt. lib. i. de ciui. dei & Ioſephum in iii. de bel. iuda. melius tamẽ ut de fellationi intelligimus.

ſeipm uidẽ

XVIII. EPIGRAM. ELEG. EXPOSITIO.

De Gellio EPIG. XVIII

*Gellius eſt tenuis, qd nã? cui tam bona mater.*
*Tãque ualens uiuat tamq; uenuſta ſoror,*
*Tamq; bonus patruus, tamq; oĩa plena puellis*
*Cognatis, quare is deſinat eſſe macer?*
*Qui ut nihil attingat, niſi quod fas tãgere nõ eſt,*
*Quantum uis, quare ſit macer, inuenies.*
*Naſcatur magus ex Gelli, matriſq; nefando*
*Coniugio, & diſcat perſicum aruſpiciũ.*
*Nam magus ex matre, & gnato gignatur oportet*

Gellius eſt tenuis quid nã? cui tã bona mater in eũdem Gelliũ ſcribit, argumẽtũ uero huius epigrãmatis ex ꝑcedenti conſtat. Et quaſi aliq̄s dicat Gellium eſſe macilẽtum ſubiungit. ¶ Quid ni? & q̄d ni et q̄d nã? legitur. Si q̄d nã? hoc eſt interrogãtis uidet enim poeta prius cãm ĩq̄rere quare ſit tenuis cũ tenuitatis nullam cãm hẽre uideat, nec ſit ex mœrore macer cũ oẽs ſuos ualẽtes & incolumes habeat, Et deniq; cãm apperit ipſum mordens, eã uidelicet aſſerens eſſe ex nimio coitu in matrem. Si uero q̄d ni legerimus affirmãtis erit. q. d. Quare non debet eſſe macilẽtus cũ mater & ſoror, et reliqui cognati, cũ q̄bus rem hẽt ſint ualentes, quaſi uelit ĩferre, ſicut ipſe ex coitu maciẽ contrahit. Ita mater & ſoror ualentiores efficiũtur, cũ ſæpius uenere utantur, qua maxime mulieres delectãtur. ¶ Tã bona, in coitu .ſ. ſatyrice nãq; hos oẽs taxat. ¶ Tãq; bonus patruus, morſus eſt, unum .n. dicit & aliud ĩtelligit aſſerit nãq; illum bonũ eſſe cũ uxorem ſuam permittat a Gellio ſubagitari. ¶ Plena puellis cognatis, uel cum quibus oibus rem habet uel ꝙ uelit dicere ip̄um multas habere ex matre & ſorore filias. ¶ Quare is deſinat eẽ macer? cũ hæc ita ſũt quare debet eius maciem ceſſare. i. quare debet eẽ pinguis q. d. cã eſt manifeſta ipſius macilentiæ. ¶ Qui ut nihil attigat, q̃uis ipſe nullam Venerẽ attingat niſi quã nõ ẽ fas tãgere. i. q̃uis nõ coeat niſi cum matre & ſorore. Inuenies tamẽ. i. unuſquiſq; inuenire poſſet quãtum uis quare ſit macer, quia uidelicet macies ꝓcedit ex coitu nimio cũ ſuis cognatis q̄ multæ ſũt. ¶ Vt, q̃uis. Seneca. ut nemo doceat regnũ docebit. ¶ Naſcatur ma. Magi pſarum lĩgua hi ſunt quos græci phõs galli druydas, ægyptii ꝓphetas, nos ſapiẽtes appellamus, Scribit Porphy. apud Oratiũ ĩ ultima ep̃la magos dici quaſi magnos a magnis rebus quas ſe ꝑficere poſſe iactãt. Et quoniã dicebãt pſæ magos ex filii coitu cũ matre naſci, de q̄bus myrrha apud Ouid. ĩtellexiſſe uidetur, cũ inquit li. x. gentes tamẽ eſſe feruntur, in q̄bus & nato genitrix & na

Vt.

Magi

tura parenti iungitur, Idcirco dicit Catullus ex Gellio ⁊ matre magum naſciturū. Et ſic ad cōſuetudinem pſarū alludit, Scribit. Qu. Curtius in. iii. a fine lib. Alexādrum in regionem quā naura appellāt cum toto exercitu veniſſe ubi ſatrapes erat ſimithrydes duobus ex ſua matre filiis genitis, ⁊ ſubiūgit q̄ppe apud eos parētibus ſtupro coire cū liberis fas eſt. ⁋ Naſcat̄ magus, ordo ab inferioribus oportet naſcat̄ magus. Senſus. n. talis eſt, cū Gellius cōcūbat cum matre opus eſt ut naſcat̄ magus ⁊ pptērea hortor ⁊ artem magoꝝ diſcat haruſpicinā videlicet. ⁋ Perſicū haruſpiciū. i. artem aruſpicum ex more pſarum haruſpiciū dicitur extoꝝ inſpectio, inde haruſ ex. Et ex hara ⁊ ſpecio ut inq̄t Servius cōponit̄, licet Donatus ab haruga derivet quæ eſt hoſtia, ab hara in qua ſervatur cōcluſa. ⁋ Impia religio, quia filius cum matre concūbit, qđ firmum ⁊ impium eſt.

Mos pſarū.

Simithrides coire cū filiis

Haruſpicium hara.

NAtus ut accepto, Natus non gnatus legēdū docuit pater Nā participium eſt hoc loco. Ordo eni ſic continuatur ut magus natus. i. editus in lucē. ⁋ Carmine accepto, deis

Si vera eſt perſarum impia relligio.
Natus ut accepto veneretur carmine divos
Omentum in flamma pingue liquefaciens.

In Eundē. EPIG. XIX.

Non ideo Gelli ſperabam te mihi fidum,
In miſero hoc noſtro hoc perdito amore fore,
Quod te cognoſſem bene, conſtantēq; putarem,
Aut poſſe a turpi mentem inhibere probro.
Sed quod nec matrē, nec germanam eſſe videbā
Hanc tibi, cuius me magnus edebat amor,
Et quamvis tecum multo coniungerer uſu,
Non ſatis id cauſæ credideram eſſe tibi.
Tu ſatis id duxti, Tantum tibi gaudium in omni
Culpa eſt, in quacunq; eſt aliquid ſceleris.

grato et ppitio. ⁋ Omentum in flāma, Omētum mēbrana eſt qua cerebrū veſtit̄, hinc Macrobius ⁊ Cerebrū qđ tactu ſui hoiem vel torquet vel frequēter interimit, nō ſuo ſenſu, Sed veſtitus ſui, ideſt omēti hūc importat dolorē, ſed ⁊ generaliter p veſte iteſtinorum capitur Perſi⁹ omēta liqueſcūt, Lucanus pdūtq; ſuas omēta latebras, Cū igitur Gellius cum matre coeat inde naſciturū magū dicit q̄ more pſarū exerceat haruſpicinā. Et declarat quo mō apud perſas naſcatur magus et qđ ſit eius officium. ſ. carmie et omēto numina placare, notanda eſt ēt ſyllaba brevis in dictione liquefaciēs cōtra naturā plata lōga.

omētū

XIX. EPI. EL. EXPOS.

NOn iō gelli ſperabā, Cōtra eundem gelliū ſcribit. Cuius flagitia in matrē ⁊ ſororē iterum taxat, iocoſe aūt illum hoc ſenſu mordet, Nō ideo inq̄t ſperabā te mihi fidū futurum q̄a te cōſtantē eſſe putarē, ſed potius q̄a illā cuius amor me cōſumebat neque matrem neq; ſororē eſſe tibi videbam, q̄a tu in matre tātum et ſorore delectaris, in aliis vero tēperantē te fortaſſe crediderim, ⁊ licet amicus eſſem nō tamē amicitiā ipſam ſatis eſſe putavi ad ſcelus



ſcelus inbibēdum cum maiora facere ſis ſolitus. ⁋ In miſero hoc noſtro hoc perdito, ſic geminādum eſt hoc ne miſero ⁊ perdito vitioſe ſimul iūgātur. ⁋ Aut poſſe a turpi, ſic legēdum pater docuit hoc carmē ⁊ aperta eſt ſentētia, non iō fidū ſperabā q̄a te cōſtantē eſſe putarē, aut q̄a putarē te poſſe inbibere mētē a pbro. ne ſ. ſubagitares puellā meā. alii habēt cōſtāterq; putarē, haud poſſe a turpi mētem inbibere pbro. ⁋ Id. q. ſ. tecū hērem cōſuetudinē. ⁋ Tu ſatis iduxti, Ego inq̄t nō exiſtimabā eſſe idoneā cām quæ poſſet libidinē tuā cohibere q uſu tibi iunctus eſſe, ſed tu tamē putaſti eā eſſe tibi ſufficiētē ad ſcelus ut cui ſit ſūmū gaudium ī omni culpa plena ſceleris. ⁋ Tu ſa. ſ. cāæ, et rōnē adducit, tātū tibi gaudiū ⁊c.

De Leſbia EPIG. XX.

Leſbia mi dicit ſemper male: nec tacet unquam
De me. Leſbia diſpeream me niſi amat.
Quo ſigno: quaſi eadē totidē mox deprecor illā
Aſſidue, verum diſpeream niſi amo,

In Cæſarē. EPIG. XXI.

Nil nimium ſtudeo Cæſar tibi velle placere,
Nec ſcire utrum ſis albus, an ater homo

XX. EPIGRAM. EL, EXP.

Leſbia mi dicit. Au. Gellius li. vi. ca. xvi. ait venuſtiſſimū eē hoc epigrāma pp̄ter verbū depcor qđ hoc loco ſignificat execrari, deſpuere, atq; deteſtari. ſenſus aūt acutiſſimus eſt Argumētatur nāq; ſe plurimū amari a leſbia q̄a illa ſemper de ipſo maledicit, ⁊ hoc pbat hac rōne, q̄a cū ipſe ſibi cōſcius ſit q vehemēter leſbiā amet, tamē ſemp de illa oblog̃tur, ipſamq; execrat̄. Ex quo ēt tacite veniā petit q leſbiæ palā malediceret, q̄a ipſā quoq; ſimiliter ex amore maledicere teſtat̄. ⁋ Nec tanq̄ de me, maledicēdo. ſ. ⁋ Quo ſig. ſic legitur ēt in codicibus. A. Gellii nō depravatis, nā q aliq legūt, cui ego q̄ſi eadē, verſus nō ſtat licet in cui. V. vocalē aſſerāt ⁊ i cōſonātē ut aliquo pacto carmē ſcādi poſſit. Sed ſic legēdum eſt, quo ſigno: quaſi ego totidē mox deprecor illā. Sēſus āt eſt, cum dixerit ſe amari ab illā quæ ſemper maledicit interrogat. ⁋ Quo ſigno. i. quo argumēto: cur maledicētiā trahat in argumētum amoris, et ipſe reſpondet q̄a ipſe idē facit et tn̄ eā amat aſſidue. ⁋ Quaſi totidē. ſ. verbis q̄t i me iacit ipſa. ⁋ Mox ſtatim poſt eius verba. ⁋ Depcor illā, nō illi, nā cum depcari ſit orare et execrari, videtur in unā ſignificationē ponere ⁊ tamē in alterā capit. Teſte Gellio, et eſt ordo aſſidue amo, vel qđ melius ē depcor aſſidue ut Gellio placere videtur. ⁋ Diſpereā, valde pereā. ⁋ Niſi amo, ipſam leſbiam. ſ.

Deprecor.

XXI. EPIG. EL. Expoſ.

NIl nimiū ſtudeo, mordet cæſarē ī mares pnum cui ſe nolle placere dicit, q̄a ſola una iterrogatiuncula ipſa mētula arrigitur, ⁊ per ſe ſperma effūdit. ⁋ Nil ſtudeo, nō do opam nō curo velle tibi nimium placere, ita eſt ordo. ⁋ Ne ſi orē utrū ſis ſal. an al. hō mē. m. nolo inq̄t tibi placere, ne ſi interrogē tātūmō an ſis ſalvus, an alter. i. nō ſanus mētula ſtatim arrigat̄, Legitur ⁊ i vetuſtiori codice aliter et rectī⁹ eruditiuſq; hic verſus ⁊c. ⁋ Nec ſcire utrū ſis albus an ater hō, et ordo ſic cōtinuatur

Nec ſtudeo ſcire utrum ſis albus an ater hō, fuit nāq; pūerbium qđ de hoīe igno-to dici ſolebat. Albus an ater ſis neſcio. Cuius meminit Porphirio apud Oratium in ultima epiſtola, ubi poeta inqt. Vultu mutabilis albus & ater, cū ſic interp̄tať pūerbialiter hoc dictū eſt, hoc eſt bonus et malus, & albū aut ad liberalē aut ad lœtū reddit, Atrum ad ſordidum & ærumnoſum. Sic ergo Catullus dicit ſe nolle ſcire utrum Cæſar ſit albus. i. bonus & liberalis, an ater. i. malus & ſordidus qa ſi uellet hoc inqrere, Statim illi ut eſt ad libidinē p̄nus mētula arrigeretur, Et hunc uerſum ſic legēdum eſſe admonet Quint. li. xi. inſtōnum, cuius hæc ſunt uerba. Negat inqt ſe magnifacere aliqs poetaR utrū Cæſar ſit albus an ater hō, p̄ ali quē. n. poetaR uoluit Quintilianus catullum nr̄m p̄culdubio indicare. Locū iſtū multi qdē ſed pater prior oībus aīaduertit. pūerbiali uero hoc dicto utitur et Cice. in. ii. phil. Et qdē uide q̄s te amaritis, q albus ater ue fueris ignorans fratris filium p̄teriit. Et Apuleius in apologia, Etiā libēter te nup uſq; albus an ater eſſes ignorabā. Et. b. Hieronymus cōtra heluidium, cum in eadē urbe tecum conſiſtam qua balbutis & erubeſcis. Albus (ut aiunt) an Ater ſis neſcio.

alb9 et ater.

Mentula mœchetur, mœchatur mentula certe,
Hoc eſt quod dicunt, ipſa olera olla legit.

### De Smyrna Cinnæ poetæ. EPIG. XXII.

Smyrna mei Cinæ nonam poſt denique meſſem,
Quam cœpta eſt, nonāq; edita poſt hyemem.
Millia cum interea quingenta Hortenſius uno

MENtula mœchať, metaphorice. Hoc eſt p ſe ſperma effundit, & eiſdem uerbis id ita eſſe aſfirmat.

Hoc eſt qđ di. i. qđ eſt in cōi pūerbio. Ipſa olera olla legit, ipſa olla legit. i. colligit olera. i. ſine ope aliena olla legit olera, qa olera ollæ cōueniūt, pūerbium eſt cōtra eos q ad ſcelus aliqđ inclinati ſunt, ita, ut nō poſſint facere qn peccent iō hoc loco poeta cōtra Iulium Cæſarē pūerbio uſus uidetur q ita fuit ad libidinē in maſculos p̄clinis ut per ſe ſola alloquutione ſemen effunderet, ſimile quidā cū hoc pūerbio hēt id qđ hodie q̄q; uulgo a noſtris dr̄ p ſe meſſem colligit.

Ipſa olera olla legit

Cinna ſmyrna op9 cinnæ.

XXII. EPIG. EL. Expoſ.

SMyrna mei cinna, Cinnæ poetæ opus qđ ſmyrna uocabatur annalibus hortēſii uoluſii antepo-nit, dicēs hortenſii carmina breuiſſimo tp̄e ciñæ uero opus multis ſæculis duraturū hortēſii inuenuſta carmina fuiſſe ēt Gellius lib. penultio c. ix. ſcripſit. Smyrna, hoc. n. noīe uocabatur opus a cinna cōpoſitū de ſmyrna amazone qua & urbs & populi denoīati fuere. Nonā poſt deniq; meſſem. i. poſt nouē annos. Sicut ē Oratii p̄ceptum nonūq; p̄matur in annum, Quintilianus ēt Cinnæ ſmyrnā nouem ānis cōpoſitā fuiſſe teſtatur. Deniq; tādē prīo lōgā morā nouem annorum. Edita, emiſſa. Sic. n. poetæ dicuntur edere uel emittere uolumina ſua cū publicum recipiunt, libri uero ipſi dicunť exire. Millia cum inte. qn. hor. uno, Ordo cum interea hortēſius quingenta millia carmina, Vno, uel die ſubaudi

Smyrna amazon. Edere emittere.



re poſſumus, Nam huius epigrāmatis ſententia uidetur ſumpta de reſpōſo euripidis in alceſtidē poetā tragicum qđ apud Val. Max. li. iii. c. vii. de fidutia ſui tale hētur, cum. n. apud euripidē ipm quereret q̄ eo triduo nō ultra tres uerſus maxio impēſo labore deducere potuiſſet, Atq; is ſe centū perfacile ſcripſiſſe gloriaretur, Sed hoc inqt intereſt q̄ tui in triduum tātummō mei uero in oē tp̄s ſufficiēt. Vel uno, in pede ſubītelligam9, ut Oratius de lucillio in ſermonibus, ſtās pede in uno, Sed qd deſit clare uidere nō poſſumus cum uerſus unus uetuſtate ſit abolitus, quē nōnulli ſupplere uolētes ſic addiderūt. In pede ſtās fixo carmina ructabians, q uerſus cum ſenſui reſpōdeat & a Catulliano ſtilo nō ſit alienus, nō oīno cōtēnendus uidetur. Interea, dum cinna ſmyrnā nouē annis cōpoſuit.

Euripidis reſponſum in alceſtidem.

Smyrna cauas atracis penit9 mittetur ad ūdas,
Smyrnam incana diu ſæcula peruoluent.
At Voluſi annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.
Parua mei mihi ſunt cordi monimenta poetæ
At populus tumido gaudeat Antimacho,

SMyrna cauas atracis, nō ſolum ex tēpore facit cōparatione, ſed etiā ex locoR diſtantia, qa uoluſii ſcripta patriā ſuā nō exibunt. Sed cinnæ ſmyrna per totum orbē & ad remotas regiones portabitur, Eſt aūt atrax & oppidum & fluuius theſſaliæ, de quo Pli. li. iiii. c. ii. & ca. viii. legitur & atacis, eſt namq; atax fluuius de pyreneis mōtib9 decurrens per galliā, de quo Luc. Mitis atax Alii araris legere uolunt, q fluuius eſt de germania fluens in galliā. Vndas ca. i. cōcauas qa cū eleuať aqua in undā, cōcauitatē quādā recipere uidetur. Incana ſæcula, annoſa & ualde cana, in. n. hoc loco augeť metaphora ēab hoībus q cum ad ſenectutē peruenerint caneſcunt. Peruoluent, qa dum libri leguntť chartæ euoluuntur, & quadriſyllaba dictio per diereſim efficit. At uoluſi annales, annales hortēſii uoluſii de qbus ēt in endecaſyllabis dictū fuit. Paduā morientur ad ipſam, non exibunt locum in quo cōpoſiti fuerunt, patauin9. n. hortēſius fuit et in p̄ria annales ipos ſcripſit, legiť ēt patani morienť ad urbem eodē tamē ſenſu. Ad urbē patani. i. patauiū Amāt. n. poetæ rē unius ſermonis circūlocutionibus dici, Sic ēt Virg. hic samē ille urbem patani ſic ēt p timauo frōtem timaui & p buthroto arcē buthroti dixit, Patauium uero cuius nobilitatē Strab. deſcribit li. v. dictū fuit ut Seruius teſtať li. i. uel a padi uicinitate q̄ſi padauiū quā deriuationē nō admodū p̄bo uel απο του πεταϲαι. i. a uolādo q̄ captato augurio dicitur cōditū, uel q̄ auē telo petis ſe dr̄ antenor & eo loco cōdidiſſe ciuitatem. Dabūt tunicas, inuolucra & tegmēta, ſic et Martialis ſcōbris tunicas dabis moleſtas, Solēt. n. poetæ carminib9 ſuis hoc exitiū maxīe minitari perſius. Nec ſcobros metuētia carmina nec thus, ē ăt ſcōber piſcis marinus de q̄ Pli. li. xxxi. c. viii. Parua mei mihi ſint cordi monumēta, in uetuſto codice hic uerſus imp̄fectus erat, unde a nōnullis additum fuit laboris qđ nō uideť cōgruere cum de cinnæ opere loquatur nō de ſuo, ideo uideť melius pater addidiſſe poetæ ut ſit mei poetæ ab aliis etiā legiť ſodalis.

Atrax op. et fluui9 Atax. araris

Hortē. Padu9 patauin9

Circunlocutiones.

Patauium.

Exitia carminum.

ſcōber

Anti/machꝰ gramaticus.

tanꝗ cina poetæ noſtri ſodalis fuerit. ¶ At populus tumido gaudeat antimacho Antimachus hic Colophonius fuit grãmaticus & poeta ut Suidas teſtatur. Cuius etiã meminit Quint. li. x. hunc etiã Oratius in arte poetica notauit cũ bellum thebanũ exorſus eſſet. xx. & .iiii. uolumina cõfecit anteꝗ duces thebas pduceret, tumido, uel ob ſtilum uel ob operis magnitudinem, Sed Catullus uidetur uoluſium antimachi noie appellare ob garrulitatis ſimilitudinem. Sicut Propertius ob poematis ſimilitudinem romanum ſe Callimachum uocauit.

Prop. calli/machꝰ roma.

Ad Caluũ De Quintilia. EPIG. XXIII

*Siquicquam mutis gratũ acceptũ ue ſepulchris*
*Accidere a noſtro Calue dolore poteſt,*
*Cum deſiderio ueteres renouamus amores,*
*Atq; olim, amiſſas flemus amicitias.*
*Certe non tanto mors immatura dolori eſt*
*Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.*

In Aemilum EPIG. XXIIII.

*Non (ita me dii ament) quicquã referre putaui,*
*Vtrum os an culum olfacerem Aemylio.*

Quintilia. Caluꝰ

XXIII. EPIGR. EL. Exp. Iqc ſ quã mu/tis, Ama/uit caluus poeta Quĩtiliã quã ĩmatura morte pũẽtam, ĩcredibili do/lore pſequutus eſt. Illum elegis teſtatꝰ ſicuti ex ꝓpertii carmine patet, Hoc ẽt docti cõfeſſa eſt pagina calui Cũ caneret miſere funera quintiliæ, dicit ergo poeta hoc epigrãmate ꝙ ſi ex dolore noſtro aliqd gratum põt mortuis accidere ꝙ nõ tãtũ doluit qntilia imatura morte & acerbo interitu ſuo, quãtum læta eſt ꝙ adeo impẽſe a caluo amaretur. ¶ Mutis ſepulchris, in qbus ſunt cadauera ſine uoce, alii ſepultis legunt, ideſt mortuis, qui nõ loquuntur. ¶ A noſtro dolore, pro a nobis dolẽtibus. ¶ Renouamus amores deſiderio, mortuos ipſos deſiderãdo. ſic. n. uidemur amorem renouare. Cũ defunctos uidere optamus. ¶ Olim miſſas, iã amiſſas, uel olim flemus. ¶ Mors imatura, acerba & quæ ante diẽ fati uel naturæ aduenerit. Scimus nãq; ex ſeruii diſciplina uitam humanã tribus contineri, natura, fato,

fortuna, Naturæ ultra centum et uiginti ſolſtitiales annos cõceſſum nõ eſt fato uero nonagita anni hoc eſt tres ſaturni curſus dãtur ni forte aliarũ ſtellarum benignitas ẽt tertiũ eius ſuperet curſum, unde eſt illud Oratii in odis. Me iouis ipio tutella ſaturno eripuit uolucriſq; fati tardauit alas, fortuna. i. caſu qui ad oĩa ptinet ꝙ extrinſecus ſunt ut ad ruinã. Incẽdia. Naufragia, uenena, hinc Cic. in philip. Multa mihi ĩminere uidebãtur pter naturam, pterq; fatũ. i. gladii antonii, ex caſu, & Virg. li. iiii. de didone. Sed qa nec fato merita nec morte peribat. Sed miſera ante diem. ſ. uel naturæ uel fati. Et hæc eſt ꝙ imatura & acerba mors dicitur, hic Virg. & funere merſit acerbo, licet nõnulli perperã exiſtiment qđ ſecũdo loco poſitum eſt pcedentis expoſitionem eſſe, tanquã fatalis mors aliud nihil ſit ꝙ debita et naturali proueniẽs intẽperie. ¶ Amore tuo, quo. ſ. ipſam pſequebaris, & quẽ oſtendiſti ex dolore ſuſcepto ob eius mortem.



XXIIII. EPIGR. ELEG. EXPOS.

NOn (ita me dei amẽt) Æmilium quem in amore uidebat ſatis felicem hoc epigrãmate forte ob riualitatem Zelotipia ductus poeta dilacerat, eius fœditatẽ deformitatẽq; recenſens. ¶ Nõ, ordo eſt nõ putaui qcꝙ referre, illud uero per parẽteſin interponit. ita me dei ament. Notãdum ꝙ hoc loco dei biſyllaba eſt dictio aliter uerſus non ſtaret, nã alias monoſyllaba eſt ex diphtongo, ei enim apud latinos qnta eſt diphtongus ut Terẽtianus teſtatur. notãdum etiã ꝙ in ſequenti carmine in dictione culum m nõ abiicitur, ¶ Referre, intereſſe. ¶ Olfacerem, odorarer & rõnem ſubiungit quare nõ multum interſit.

*Nil immundius hoc nihil eſtq; immundius illo,*
*Verum etiam culus mundior, & melior.*
*Nam ſine dentibus eſt, hic dẽteis ſeſquipedaleis,*
*Gingiuas uero Ploxemi habet ueteris.*
*Præterea rictum qualem defeſſus in æſtu.*
*Meientis mulæ cunnus habere ſolet.*
*Hic futuit multas, & ſe facit eſſe uenuſtum,*
*Et non piſtrino traditur, atq; aſino,*
*Quem ſiqua attingit, non illam poſſe putemus*
*Aegroti culum lingere carnificis?*

Ploxenum. Cãnis

¶ Nihil ꝗ immundius illo, Vtrũq; dicit immundum ſed immundius os. ¶ Nã ſine dentibus eſt. ¶ Hic. ſ. culus, uel hoc legatur & ſequẽtibus iũgetur, hoc ſ. os. ¶ Dictis ſeſquipedalis, unius pedis cũ dimidio, hoc. n. ſignificat ſeſquipes, metaphorice uero dixit Oratius in arte. Proicit ampulas & ſeſquipedalia uerba. ¶ Habet. ſ. Æmilius. ¶ Gingiuas ploxemi ueteris. Quĩt. li. i. uocabulum hoc a Catullo circa padũ dicit inuẽtum, qa. ſ. Catullus ipſe de regiõe eſſet Trãſpadana ueronẽſi, Sed tamẽ non dicit qđ ſignificet. Ne ſi forte uoluerit qntilianus (id aũt affirmare nõ auſim,) idem intelligi qđ dicit a Perſio nominari uocabulo hiſpano cantũ. i ferrum circa rotã ita ut nũc Catullus magnas gingiuas æmilii uocet ab illo ferro, in quo ſunt claui lõgi ſicuti in gingiuis iſtius ſunt longi dẽtes. Aliq uero ex auctoritate Feſti Põp. ploxemũ capſam ueterẽ ĩterptãtur, habeo feſti codicẽ manu ſcriptum. Antiquũ ſane, & integrũ ſatis, in quo multa reperiũtur uocabula quæ in aliis deſunt codicibus. Et huiuſmodi tñ interptatiõem nõ inueni. Sed quoniam hoc fieri poſſet ut quẽadmodũ ĩ meo codice plura ꝗ alibi legerim, Ita etiã in aliorũ quædã quæ nõ in meo ſũt eſſe poſſent. Idcirco ſi ploxemũ capſam ueterem dixerimus, illi cõparabit æmilii gingiuas & exeſas eſſe dicet cariæ, ſicut ẽ capſa uetꝰ tineis corroſa. ¶ Præterea rictum, rictus eſt cũ os aptum tenemus, uel ꝓpter riſum uel ob aliã cãm Oratius, ergo nõ ſatis eſt riſu deducere rictum. Rictus inqt ipſiꝰ uidetur mulæ cunnus inuerſus, quando mingit. ¶ Qualem. ſ. rictũ. ¶ Meiẽtis. i. mingẽtis in æſtu quia tũc laxior ſolet eſſe. ¶ Hic. ſ. Æmilius. ¶ Futuit multas. ſ. mulieres, & ſe facit eſſe uenuſtũ. i. iactat ſe eſſe pulchrũ. Ex eo ꝙ cum multis rem hẽt, poſtea ex indignatione ĩfert ¶ Et nõ piſtrino tradit? q. d. dignior eſſet qui aſinũ incitaret ad uerſandam piſtrini rotã, ĩterrogatiue aũt hoc pferri debet, & ſermo ipſe habet mixtã rephẽſionẽ. ¶ Quẽ ſi qua attingit, nõ mõ

Ricꝰ

æmilium lacerat, ſed etiam mulieres illas quæ ſui æmilio copiam faciebant, adeo ut illas dicat etiam poſſe lingere culum carnificis ægroti quæ poſſunt æmilium oſculari. ¶ Carnificis, carnifices enim ſolent ab omnibus odio haberi. Sed ad maiorem illarum deteſtationem ægroti addidit. Nam ægroti ſemper immundiores eſſe ſolent, & maxĩe quia farmaca ſũmere coguntur qbus ingnatior reddit culus.

Carni fices.

## Ad Vectium. EPIG. XXV.

In te ſi unq̃ dici pote putide Vecti
  Id quod uerboſis dicitur, & fatuis.
Iſta cum lingua ſi uſus ueniat tibi poſſis
  Culos & crepidas lingere carbatinas.
Si nos omnino uis omnes perdere Vecti.
  Dicas, omnino quod cupis efficies.

## Ad Iuuentium. EPIG. XXVI.

Surripui tibi dum ludis mellite Iuuenti,
  Suauiolum dulci dulcius ambroſia:

XXV. EPI. EL. Expoſ.

In te ſi unquã, Cõtra uectium maledicũ ſcribit, dicit q; eius linguã mordacem dignam eſſe & culos & crepidos lãbere eũdemq; admonet, ſi familiares omnes interficere cupit ut garrulitatem ſuam continuet. ¶ In te ſi unq̃, ſi uocalem nõ abiicit. ¶ In te, ſenſus eſt ſi põt in te dici id quod fatuis & garrulis dicitur, ordo uero ſic procedit, o putide uecti ſi unq̃ in te dici poteſt, id quod uerboſis dicitur. Et fatuis. ¶ Dicitur, dici ſolet contra garrulos. ¶ Iſta cũ lingua, adeo maledica, et hoc eſt quod ſolet garrulis dici. ¶ Poſſis, optãtis eſt. ¶ Si uſus tibi ueniat, ſi contingat, et eſt modus qdam loquẽdi uſitatiſſimus. ¶ Crepidas carbatinas, q̃uis uarie dictio iſta in diuerſis codicibus ſcripta reperiatur, tamẽ hãc unam quã in paterno codice ſic emẽdatam inueni magis probo, & ſequor carpatina uero uel carbatinæ utroq; n. mõ recte dici poteſt, ruſticũ calciamẽtum eſt ſic a caribus appellatũ. Ita pollux lib. ix. ita Suidas. Ariſtoteles uero lib. ii. de animalibus ait carbatinis camelos calciari, et Xenophõ li. iii. ανα βασεος. Cũ defeciſſent inqt ueteres calcei carbatinas habebant ex recẽtibus coriis bubulis cõfectas. Suidas tamẽ carbaſinas ſcribit & uidetur cõponi ex καρον et βασις quia calciamẽtum ſit inuẽtum apud cares boue recẽter excoriata, Catullus aũt carbatinas idcirco dixit quia ruſtici immunda ſemper habent calciamẽta cũ in ſtabulis uerſentur. ¶ Crepidas carpatinas, appoſitio eſt. Sũt nãq; duo ſubſtãtiua ſine copula. ¶ Si nos oino, ordo ẽ, oio ſi oẽs nos uis pdere, hoc ẽ ſi tu uis tua garrulitate nos oino omnes, ideſt nemine excepto perdere dicas, oio i. ſine aliquo reſpectu. ¶ Q d cu. i. dicas oĩo omnia quæ cupis. ¶ Efficies. ſ. ut nos perdas, omnino illud geminatũ argutum facit epigramma.

Carpatina.

XXVI. EPIG. EL. EXPOS.

Surripui tibi dũ ludis, Iuuẽcius adoleſcens de quo ſupra & in endecaſyllabis & xii. Ele. diximus. Cum inuitus a poeta oſculatus fuiſſet, adeo ægre tulit, ut nullis pcibus leniri potuerit, unde perterritus poeta in poſterum dicit, in hoc delicti genere nunquam peccaturum. ¶ Mellite, dulcis a melle, ſic & ſuperius mellitos oculos tuos iuuenci. ¶ Dulcius ambroſia, fingunt poetæ ambroſiam cibum deorum eſſe, licet herba ſit dicta ab a ſine βροτος mortalis. Diodorus li. iiii. c. iii. ubi de odoribus ſabeorum loquitur ſic inquit, ut qui odores hos ſentiunt Ambroſiam quã narrant fabulæ (Tantam. odorũ excellẽtia nullũ ſibi nomẽ inuenit aptius) eẽ putẽt. ¶ Non impune, non ſine pœna, & pœnam ſubiungit.

Ambroſia.



Verum id non impune tuli nanque amplius horã
  Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce.
Dum tibi me purgo, nec poſſum fletibus ullis,
  Tantillum ueſtræ demere ſæuitiæ.
Nam ſimul id factum eſt multis diluta labella,
  Abſterſti guttis omnibus articulis.
Nequicquam noſtro cõtractum ex ore maneret,
  Tanquam commiſtæ ſpurca ſaliua lupæ.
Præterea infeſto miſerum me tradere amori
  Non ceſſaſti, omniq; excruciare modo.
Vt mi ex ambroſia mutatum iam foret illud
  Suauiolum, triſti triſtius belleboro:
Quam quoniã pœnam miſero proponis amori,
  Nunquam iam poſthac baſia ſurripiam.

## In cœlitum & Quintiũ. EPIG. XXVII.

¶ Suffixum in cruce, in ſũmo cruciatu, metaphora eſt ideſt dũ te uelle placare uiſus fui ſuſpẽſus eẽ i cruce. ¶ Tantillum, demonſtratiue cũ creſpitu digitorum ex Terentio ſumptum eſt, ſic etiã Vir. haud tanto ceſſabit cardine rerũ. ¶ Veſtræ, uel tuæ uel q̃ tibi & tuis ingenita eſt. ¶ Nã ſi. id fa. eſt, poſtq̃ te exoſculatus fui. ¶ Abſterſti la. ſic legendũ eſt non abſterſi, et erit ſenſus, q̃ puer ipſe met ſibi abſterſit labra ne ĩhæreret oſculum catulli tã q̃ ſi ĩhæſiſſet ſaliua meretricis. ¶ Multis gut. nã puer fingebat ſaliua catulli labia ſibi madefacta ut oſtẽderet ægre tuliſſe eius oſculum. ¶ Oibus ar. oibus digitis, a pte totum ſinedochicos. ¶ Tã q̃ cõ. ſpu. ſa. lu. lupa meretricẽ ſignificat ob ſimilitudinẽ odoris, ut inqt Ser. li. iii. æneĩ. inde lupanar cõmixtæ uero ideſt quæ coiuerit, ut Virgi. mixta deo mulier ubi qđ Serui. ait, græce dictum eẽ ſic intelligendũ eſt quia græci uerbo μιγνυω qđ ẽ miſceo utuntur p coire, quos latini imitati ſunt, cõmixtæ ergo ſordidæ, nam poſt coitum ob ſperma fœtent meretrices. Alii tamẽ lupam pro animali accipientes ita interpretantur non aliter q̃ ſi tibi rabida lupa coniuncta eſſet. ¶ Infeſto amori, q ſit infeſtus amor ipſe met declarat p id quod ſubiungit omni excruciare modo quod ſit cum puella ſeu puer amatus coram amatore, alium laudat iuuenem & delicias recenſet, alium inſpicit, alteri ablandit. ¶ Omniq; exc. modo nullũ modũ ptermiſiſti ad me excruciãdũ in uindictam oſculi p uim rapti, ut oſculum mihi prius ambroſia dulcius fieret belleboro amarius. ¶ Vt mi ex ambro-

Tantillũ. Mixta. Lupa.

reſpicit id qđ in pricipio dixerat dulci dulcius ābroſia, dicit.n.ſuauitatē illā iā mutatam fuiſſe in amaritudinē quā indicat per helleboꝝ, de quo. A. Gel, li. xvi. et Pli. li. xxv. c. v. diffuſius loqtur. ¶ Quam quoniam pœnam, ut mihi iraſcaris cum te oſculat⁹ fuero. ¶ Nūq̃ id, ne ſiā adeo miſer, et ne tāto dolore emā oſculi dulcedinē.

XXVII. EPI. EL. EXPOS.

Cœlius Auphilenum. & Quintius Auphilenam
Flos Veronenſium depereunt iuuenum,
Hic fratrē, ille ſororē, hoc eſt quod dicitur illud.
Fraternum uere dulce ſodalitium.
Cui faueam potius? Cœli tibi. nam tua nobis
Perſpecta exigitur unica amicitia
Cum ueſana meas torreret flamma medullas.
Sis felix Cœli, ſis in amore potens.

Inferiæ Ad fratris tumulum. EPI. XXVIII.

Eli⁹ c au. Cœli⁹ et q̄nti⁹ ueronēſes fratres fuere, quoꝝ alter Auſilenum alter auſileni ſororē noie Auſilenam deperibat, hoꝝ igit amores receſet poeta, optatq; cœlio ī amore felicitatem, ordo, cœlius et Quīti⁹ flos iuuenum ueronēſiū depereunt auſilenū & auſilenam. ¶ Hic. ſ. cœlius. ¶ Fratrē, auſilenum. auſilenæ fratrē. ¶ Ille. ſ. Quintius. ¶ Sororem, auſilenam auſileni ſororem. ¶ Hoc eſt qđ dicitur illđ quoniam puerbialiter dici ſolet ad indicandam intimam amicorum familiaritatem. Eſt inter eos ſodalitium fraternū hoc eſt ſunt quaſi duo fratres. ideo poeta iocatur, q̄ cum ambo ament fratrem & ſororem. Videntur uere habere ſimilitudinem uoluntatis fraternæ, et merito uidetur puerbium de ipſis dici poſſe ordo uero, hoc eſt illud quod dicitur, ideſt qđ eſt modo prouerbio, fraternum uere dulce ſodalitium & bene dulce, q̄a ad libidinem iſtorum ſpectat.

Sodalitiū fraternū

¶ Cui faueam potius? hic diſtinguendum, & cum interrogatione legēdum. Cui potius an cœlio an fratri. ¶ Cœli tibi, reſpōſio eſt, reſpōdet.n. ſibi ipſi poeta, ſicut et in pricipio quoi dono lepidū meū libellum? corneli tibi. Alii uero ita diſtiguūt cui potius faueam cœli⁹? an tibi, an fratri. ſ. & poſtea ſibi ipſi reſpōdens inquit tibi. ¶ Nā tua nobis perſpecta exigit, ratio eſt reſponſionis. Senſus autem eſt & ordo, nā tua unica amicitia perſpecta nobis cū amore arderem exigitur. i. reperitur nūc a me. q. d. exigit hoc ut te fratri p̄ponam amicitia præſertim quia perſpecta et nobis cognita fuit quādo ego quoq; amabam, & iō ſubiungit optās ſis felix cœli. Sis in amore potēs. Alii legūt pfecta exigit. i. traducit. Virg. Oēs ut tecū meritis pro talibus annos Exigat, & ī hoc carmine cæſura breuis eſt qua & alibi uſus eſt quæ & apud alios reperit auctores, Ouid. in Sappho, unā narrabis uſq; decere loq. ¶ Cū flā. i. amor meus in leſbiā. ¶ Væſana, q̄ me uæſanū faciebat. ¶ Torreret me. Sic. n. metaphorice de amore loquunt poetæ. Virg. Eſt mollis flāma medullas. Poſſum⁹ et hoc aliter iterp̄tari, ut. ſ. dicat poeta ſe aliquā captū fuiſſe amore ipſi⁹ cœlii, et q̄a tūc benignū habuit cœliū q ſibi ī amore morē geſſerat, iō nūc illi felicitatē optat et hoc mō p flāmā itelligemus amorē poetæ in ipm cœlium. ¶ Sis in amore potēs. i. compos uoti in amore.

XXVIII. EPIG. EL. EXPOS.



Vltas per gētes, amiſſum fratrē de quo & in pria elegia ſupius diximus p̄ſenti epigrāmate deflet, & cum ad eius ſepulchrum longa nauigatiōe ad littus troianū peruēniſſet inferias facit et ultimū ualere illi dicit. ¶ Multa p æquora per multa maria, dū in aſiā nauigaui. ¶ Ad iferias, inferiæ ſacra ſunt q̄ umbris & iferis ſoluuntur. ¶ Aduenio, tempus pro tēpore. i. adueni.

Multas per gentes, et multa per æquora uectus,
Aduenio has miſeras frater ad inferias,
Vt te proſtremo donarem munere mortis.
Et mutum nequicquam alloquerer cinerem.
Quandoquidē fortuna mihi tete abſtulit ipm,
Heu miſer indigne frater adempte mihi.
Nunc tamen interea priſco quæ more parentum
Tradita ſunt triſtes munera ad inferias
Accipe fraterno multum manantia fletu,
Atq; in perpetuum frater aue, atque uale.

Ad Cornelium. EPIG. XXIX.

Si quicquam tacito commiſſū eſt fido ab amico,
Cuius ſit penitus nota fides animi.
Me unum eſſe inuenies illorum iure ſacratum
Corneli, & factum me eſſe puta harpocratem.

Ad Silonem. EPIG. XXX.

Aut ſodes mihi redde decem ſextercia Silo,
Deinde eſto quamuis ſæuus & indomitus.
Aut ſi te nummi delectant, deſine quæſo
Leno eſſe? atq; idem ſæuus & indomitus.

¶ Vt te poſtremo donarē, p circūloqutionē dicit ut tibi exeqas facerē. q. d. cū uiuo nihil tibi cōſtare potuerim mortuo ſaltē p̄ſtabo poſtremū munus exeqarū, ¶ Et mutū alloq̄rer, et cū te alloq nō poſſim alloquar ſaltē cineres tuos licet mutos. ¶ Neq̄q̄ fru. q̄a nec me audit nec mihi reſpōdet. ¶ Quādoq̄dē fortuna pſoluo, tibi has inferias poſtq̄ fortūa te mihi p mortē ademit. ¶ Heu miſer idigne, ereptū fratrē ſicut & in elegia ſuperius cōquerit. ¶ Hæc tñ interea, ordo. Interea tñ o fr̄ accipe hæc munera multū manātia fletu fraterno q̄ tradita ſunt ad triſtes iferias more priſco. ¶ Priſco more, p ut maiores noſtri inſtituerunt ut. ſ. iuſta mortuis facere mus. ¶ Atq; in ppetuum, ſolebant eni mortuis quos nunq̃ amplius erāt uiſuri, hæc uerba dicere, ſic et Virg. Salue æternū mihi maxime palla æternumq; Vale, non aūt eo q̄ aut ualere aut ſalui eē poſſint.

Salue et uale mortuis dicebatur.

XXIX. EPIG. ELEG. EXPOS.

I ge ſ q̄ tacito cōmiſſum taciturnū amico cornelio de fide ſua dubitanti ſe fore pollicet et ueluti alterū harpocratē. ¶ Si cui, ſenſus eſt ſi fidus amicus cōmiſit unq̄ aliqd alteri amico tacito & ſecreto, cuius fides ſit nota me unū inueniri poſſe affirmo. ¶ Cōmiſſum tacito, amico tacēti. ¶ Cuius, ſ. taciti amici oīo fides nota ſit. ¶ Fides ai, Taciturnitatē & arcana pectoris per ai fidē uidet itelligere. ¶ Meq; i. me quoq; ſicut hodieq; dicitur p hodie quoq;. alii tñ legūt me unū eſſe inuenies. ¶ Illorū iure ſacr. ſ. q nouerint ſecreta reticere. ¶ Et factum me puta, exiſtima igt me nō mō taciturnū, Sed ēt harpocratē ipm factū q deus ſilētii dr̄, de quo latius ſupius diximus.

hodie q̄.

XXX. EPIGR. EL. EXPOS.

Vt ſodes mihi redde, in Silonē quēdā cui ſeſtertia decē mutuo dederat, poe
a ta hoc ſcribit epigrāma, cuius talis eſt & acutus & mordax ſenſus, aut in
qt redde mihi pecunias meas & poſtea miniteris q̄ſtū uelis qa. ſ. minas tu
as paruifaciā, Aut ſi tibi placēt nūmi noli in me eſſe tanq̄ꝫ leno & ſæuus et iplica
bilis. q. uelit iferre nō bene ſtāt iſta ſimul ut pecuniis idigeas & deinde bis mini/
Sodes teris q mutuare pñt. Sunt ēt q ita interp̄tētur. Sed ſi nūmi te delectāt noli eē le/
ſis pro no & ſectari meretrices, qa hoc mō nūmos expē dis & noli eſſe ita ſæuus quia ne
ſi uis. mo tibi mutuabit cū repoſcētibus adeo acriter miniteris, ſed magis tamē placet pri
q̄ꝫuis or expoſitio. ¶ Sodes, cōpoſita dictio ex ſi audes ut ait Cic. ſicut addere ſolemus
p q̄ꝫtū ſis p ſi uis. Et licet Priſcianus uerbū exiſtimet, alii tamē aduerbiū putāt. ¶ Quā
uis. uis ſæuus, q̄ꝫtum uis crudelis uir. ut q̄ꝫuis auido pararēt arua colono.

XXXI. EPI. EL. Expoſſ.

## Ad Quendam de Leſbia. EPIG. XXXI

*Credis me potuiſſe meæ maledicere uitæ,*
*Ambobus mihi quæ carior eſt oculis.*
*Non potui, nec ſi poſſem, tam perdite amarem,*
*Sed tū cum caupone omnia monſtra facis.*

## De mentula EPIG. XXXII.

*Mentula conatur pimplæum ſcandere montem*

e Re/dis me potuiſſe, Catulli æmul' uulgo dice/bat, catullū leſ biæ maledixiſſe & iō illi iratū. Poeta negat hoc uerū eſſe, ſed oia ab ipſo æmulo fi/cta cōmemorat. ¶ Credis me po. iter/rogatiue hoc totū lēgēdum eſt, qa po/ſtea affirmat ſe nō potuiſſe. ¶ Meæ ui tæ, leſbiæ amicæ meæ. ¶ Quæ car. eſt ocu. ſic ēt ſuperius in. xiii. oſtēdit ami/cā oculis ſibi cariorē eſſe. ¶ Nec ſi poſ/ſem. ſ. maledicere. ¶ Tā pdite amarem ſi poſſem inqt de ipſa maledicere, nō tā effiuctim & miſere ipſam amarē. Nam amor nō permittit me maledicere, ſed ſi hoc agerē, ſignum eſſet q ea nō amarē ¶ Sed tu cū cau. oia mō. facis, ſed tu in qt cū caupone hoc cōmunicaſti & fin/xiſti, caupo dicit q cibum & potum uē dit quaſi copo a copiis rex & locus ip ſe caupona, caupones aūt ſolēt hmōi cō mētitias fabulas cōfingere et pter mul titudinē aduētātiū q̄cūq; fi/unt ſcire, uū Iuue. in. ix. Proximus an te diē caupo ſciet au diet & q̄ finxerunt pariter li/brarius archimagiri carptores. ¶ Oīa mō. facis. nō tātum fingitis hoc qd' eſt i credibile ſed ēt multa alia q̄ ſunt uelu/ti mōſtra & p̄ter naturā quæ nullo pa cto fieri poſſunt, Alii codices ſic habēt ſed dū cuncta pbas oīa mōſtra facis, et erit ſenſus. cum tu oia affirmes & pro/bas ea quæ falſa ſunt, ita agis ut oia q̄ dicis uideātur monſtra, & ſic in nullo fides tibi habeatur.

Caupo Cau/pona.

xxxii. EPIG. EL. expoſ.

m Entula conat, Pipla locus a quo Pipleus mons a thracibus muſis cōſecratus fuit, ut Strab. lib. ix. teſtatur, inde exiſtimo epigrāmatis hu ius argumētum eſſe, qd' poeta tētauerit doctā aliquā puellā uel puerum ſubagi/tare, & ille noluerit, & ſic per mōtem pipleū puerū doctū itelligit p metapho



rā in qua perſiſtens utitur uerbo ſcandere per quod inire & rem habere innuit iocoſe autem ſubiungit muſæ furcillis eiiciunt præcipitem, qa. ſ. non potuit fieri compos uoti, ideo metaphorice inqt a muſis de monte deiectum, qa puer doctrina præditus noluit ſe libidini ſubiicere, et fortaßis epigrāmate ad poetam ſcripto hoc recuſauerat. Sunt autem furcille inſtrumenta qbus frumenta ad uentum a ruſti/cis iaciunt, ſic dicta eo q, his frumenta cillēt, Eſt. n. cillere mouere, unde & oſcil la dicta, aliter intelligere poßumus mentulam eſſe uiri pprium nomen uel ſaltem in cōtemptum mentulam appellatum a poeta, & eſſe talē epigrāmatis ſenſum, ut poeta dicat mentulam conari ut aſcendat montem pipleum. i. euadere in bonū poe tam, ſed muſas illum inde reiicere tanq̄ꝫ ſit genio ſiniſtro & pingui minerua. i. ige nio craſſo & minime ad uerſus componēdos idoneo. Et fortaſſis erat æmulus poe tæ in componendis uerſibus. Alii uero exiſtimant, uoluiſſe cum quadam uirgine rem habere. ſed eum non potuiſſe hymen. i. mēbranam qua eſt munita uirginitas, prio coitu diſrumpere, & ideo hāc rem uoluiſſe hoc epigrāmate indicare, ſed quo argumēto uelint poetam p pipleum montem uel hymen uel eugium i. carnē emi/nentem intra cunum itelligere, & cur a muſis inde ſe eiectū dixerit. ipſi uiderit.

hymē Eugiū

XXXIII. EPIG.

*Muſæ furcillis præcipitem eiiciunt,*

## De Puero & Præcone. EPIG. XXXIII.

*Cum puero o bello præconem qui uidet eē*
*Quid credat? niſi ſe uendere diſcupere.*

## Ad Leſbiam. EPIG. XXXIIII.

*Siquicquam, cupidoq;, optātiq; obtigit unquā et*
*Inſperanti, hoc eſt gratū animo proprie*
*Quare hoc eſt gratū, nobis quoque carius auro*
*Quod te reſtituis Leſbia mi cupido.*
*Reſtituis Cupido atq; inſperanti: ipſa refers te,*
*Nobis: o lucem candidiore nota:*

EL. EXPOS.

c Vm puero bello. p̄co is dicit q i auctione & ſubha/ſta res uēdit, hinc huius epi grammatis morſus trahit, q talis eſt cū puer ſit cum p̄cone qd ē aliud credēdū q̄ꝫ q ſe uelit puer uendere. i. ob p̄tium ſe libidini ſubiicere, aliter quoniam non dicit puerum eſſe cum p̄cone, ſed potius contrarium, ideo ſit ordo & ſenſus, qd aliud credat niſi ſe. i. ipm p̄conem cupe re uendere. ſ. ipm puerum. i. accepto p̄/tio aliorum libidini ipm ſubiicere, et ſic præconem tanq̄ꝫ pueri lenonem mordet ¶ Qui uidet eſſe, aliqui ipſe legūt et ſe quentibus i ungunt ipſe quid credat. ¶ Diſcu/pere, ual/de cupere ſicut diſ/pudet. i. ualde pu/det.

Dis in cōpoſitis.

XXXIIII. EPIG. EL. EX/POS.

ſ I qc. quā cupi deq; optātiq; obtigit unquam & inſpe rāti, adeo lætat hoc epigrāmate poeta ob reconciliationem inter ſe & leſbiam factam, ut neminem ſe feliciorem dicat nec qcq̄ꝫ optabili' ſibi potuiſſe cōtigere. ¶ Si qc. cu. ſenſus eſt ſi qd unq̄ꝫ et ex lō ga expectatiōe, et ex inſperato cōtingit, id pprie gratum animo occidere ſolet. ¶ Hoc eſt pprie gratum animo. ſ. quod optanti & inſperanti contigit, eſt gra/tum aio. q. d. hæc eſt uera animi lætitia ¶ Et inſperanti, hic diſtinguendū ho/

